Bachovius de Actionibus pag 1
Eckhard Examen actionum foreⁿs. —
Wolfeius Ysfera ... p. 10 Ae
tusi. 2.
Schwendendoerffer de actionib. —
Zoller diss. ad leg. un. Cod quando
imperat. inter pup. — 5.
Danger de exceptionibus edit.
Fenkenberg. Franc. 732 — 26.
Ziunni specimen exception. — 28.
Boehmer Ius controversum
novum — — — 56.
Recii de gratificando — 58.
G. H. Boehmer tract. de actionibus 42.
Carrach de Interd. faciliano 75.
Püttmann diss. eusd. arcum. —
Lyncker in l. de interdict. 93.

Const. mihi al gr. ex libris quae officina Hendeliana venduntur.

# GODOFREDI LVDOVICI MENCKEN

IVRISCONSVLTI ET ANTECESSORIS
CADEMIAE IVLIAE CAROLINAE
DVM VIVERET PRIMARII

# INTRODVCTIO IN DOCTRINAM DE ACTIONIBVS FORENSIBVS

AD VSVS
PRAELECTIONVM ACADEMICARVM
EDITA
A

GEORGIO SAMVELE MADIHN
IVRISCONSVLTO ET ANTECESSORE
REGIAE FRIDERICIANAE.

HALAE AD SALAM
SVMTIBVS IOANNIS CHRISTIANI HENDEL.
MDCCLXIX.

BIBLIOTEKA ELBLĄSKA
6814
54270
BIBLIOTEKA ... UNIWERSYTECKA

# CANDIDO LECTORI
## GEORGIVS SAMVEL MADIHN.

Tibi, *humaniſſime Lector*, iam exhibeo tuoque committendum duco aequo examini ſatiſque culto, libellum, quem illuſtris Vir, dum viueret, GODOFREDVS LVDOVICVS MENCKENIVS *de actionibus*, rite et acute in foris Germaniae tractandis, compoſuerat, lectionum recitandarum cauſa, quas frequenti auditorum concurſu, vberrimoque eorum fructu, ſingulis fere ſemeſtribus habuerat ad eas ipſas,

quas libellus comprehendit, poſitiones, *primum* in Vniuerſitate Lipſienſi et *deinceps* in Iulia Carolina. Facinoris mei vero duplicem habeo cauſſam, quarum vna ſi ad excuſationem minus ſufficere videretur, alteram tamen eamque coniunctam certe ſuffecturam eſſe arbitror. Quum enim ſaepius, imo iterum iterumque, a me petitae eſſent acroaſes de actionibus forenſibus, vberiori tam Iuris doctrina, quam practica ſimul ad vnam quamque actionem ſcite prudenterque tractandam manuductione, euoluendis, libellum quidem diu multumque quaeſiui, quo duce in ipſis lectionibus vterer, et meis rationibus adcommodatum et auditorum vtilitatibus inſeruientem, quem tamen ex hoc librorum genere vix adprehendere et reperire mihi contigit. Quamuis enim eum in finem ad b. BOEHMERI, quam de actionibus dedit, commentationem ante aliquot annos haberem acroaſes, hunc librum, ſatis docte

licet

licet conſcriptum ſuaque idcirco laude neutiquam deſtituendum, minus tamen ad lectionum vſus aptum politumque eſſe ipſe expertus ſum, idque abunde certeque intellexiſſe mihi videor, tractationem anxie et operoſe conquiſitam conſutamque et non paucis digreſſionibus notulisque repletam academicae doctrinae proponendae informandaeque iuuenum animis parum eſſe profuturam, adeo vt tam diu ab hoc praelectionum iuridicarum genere animum penitus abſtrahere decernerem, vſque dum aut alius libellus ad eam rem dextere agendam magis compoſitus prodiret, aut forſan, poſt alios labores profligatos, tantum mihi ipſi ſuperueniret otii, vt lectionum mearum vſui inſeruientem actionum ſynopſin delineare mihi liceret. Inter ea ante paucos et quidem eo ipſo tempore, quo CAROLVS FRIDERICVS PAELIKE V. C. *introductionem in doctrinam de actionibus forenſibus* Bützowii et Wisma-

)( 3 riae

riae 1768. edidit, codex manuſcriptus Menckeniani libelli ad me deferebatur, adiecta ſimul plagii litterarii a conſultiſſimo Paelikio commiſſi accuſatione. Vtrumque opuſculum curate diligenterque contuli, hocque peracto, nullum plane mihi dubium remanſit, pleraque ex Menckeniana introductione Cl. Paelike exſcripſiſſe atque, inuita ſaepius Minerua, in praetenſam ſuam introductionem tranſtuliſſe. Id certe miror, qui fieri potuerit, vt ex praeceptoris ſui, non ita pridem fato ſuo functi, delineatione, quae tot Menckenii auditorum manibus verſabatur, totum libelli ordinem, vniuerſam tractationis methodique rationem, omnes prope definitiones et diuiſiones Menckenii, non ſuis, verbis, totamque fere ſingulorum capitum ſeriem tam imprudenter in librum ſuum transſcripſerit, ipſius huius Menckeniani opuſculi nulla plane facta mentione, licet alia eiuſdem Menckenii opuſcula paſſim in libro ſuo laudauerit.

rit. Quaedam profecto Cl. Paelikius adiecit, fateor, quae a b. Menckenio non proficiſcuntur, maxime in parte generali. Ita vero haec comparata ſunt vt ad actionum forenſium compendiariam tractationem nihil plane ſpectent, in libris potius Inſtitutionum Iuris Romani Digeſtorumque neceſſarie tantum vtiliterque diſcutienda, quaeque igitur Menckenius, fines ſibi propoſitos non temere transgreſſurus, recte iureque ſuo praetermiſerat. Verum plura de ea re praefari nihil adtinet, dum monenda haec tantum viderentur ipſius libelli cauſſa, quem publici iuris facio, ipſiusque celebratiſſimi auctoris, cui merito tribuendum vindicandumque erat, quod ſuum eſt, quique etiam ſi ſplendorem gloriamque Menckeniani nominis, tot politioris doctrinae documentis abunde iam quaeſiti, augere non poſſit, dignus tamen profecto ſemper erit, quin etiam poſt fata ſummi Viri ad recitandas lectiones adhibeatur.

Ex his intelliges, *Lector candide*, me non alio conſilio acceſſiſſe ad editionem Menckeniani libelli, quam vt ad eius filum lectiones de actionibus forenſibus haberem, eiuſque auctori opusculum ſuum poſtliminii quaſi iure vindicarem reſtitueremque. Huius vero ipſius indolem ad fines, quos auctor in eo elaborando ſibi propoſuit, ſatis eſſe adcommodatam ego quidem nullus dubito multosque alios ex eius lectione fructuque in eandem ſententiam arbitraturos eſſe non vanus augur auguror. Ordine vere naturali totam libelli compagem contexuit Menckenius, ſingula in ſua, quaeuis capita tam acute partitus eſt, vt nihil fere eorum praetermiſerit, quae ad perſpicuitatem doctrinae, ad ambitum cuiuscunque actionis et ad fori vſum vel vmquam pertinere ei viſa ſunt. In primis vero, quae et in hoc librorum genere ſumma rerum eſt, omnes ingenii ſui tam egregie ſubacti ner-

neruos intendit, vimque acuminis ſingularem, qua inter multos ſane Germaniae Iuris conſultos eminuit et iudicandi facultatem facilitatemque, ex coniuncto rerum vſu continuo cum elegantiori Iuris ſcientia, qua mirifice ſemper delectabatur, enatam, egregie exercuit in fundamentis cuiuscunque actionis perſpicue eruendis ac ſecernendis, in probationibus earum iudicialibus definiendis ſuſcipiendisque et denique in recitandis exceptionibus, quibus labefactandae ſint ſingulae actiones. In his omnibus, ſi recte mihi videor, Menckenius iis, qui ante eum ſcripſerunt, palmam luculenter extorſit. A breuitate vero poſitionum nec vllum periculum, nec iuſtae querelae locus. Non enim commentarium ad actiones forenſes conſummatum numerisque ſuis abſolutum, ſed compendioſae ſaltem tractationis libellum conſtruere voluit. Si qua ſane huic opuſculo ineſſe videatur imperfectio, eam ſane et quidem haud exi-

guam eſſe cenſeo iureque meo ſimul lugeo, illuſtrem auctorem morte multem praematura praeuentum fuiſſe, antequam hunc libellum ipſe ederet, qui tum certe multum locupletior fuiſſet proditurus. Mearum vero partium erat, Menckenii opuſculum, prout iacebat abſque vlla mutatione et additione, typographo dare, praeterquam quod adiiciendam eſſe putauerim diatribem eruditiſſimam ab eodem laudatiſſimo auctore profectam *de qualitate poſſeſſionis in proceſſu poſſeſſorio ſummariiſſimo*, cum ad illuſtrandam Menckenii doctrinam de actionibus poſſeſſoriis in ipſo libello inter ceteras curate et quantum ſcio, magis diſtincte ac vulgo fieri moris eſt, propoſitam multum facere poſit. Ita vale *humaniſſime Lector*, faue, fruereque Menckeniano hoc opuſculo. Scrib. Halae Saxonum ipſis idibus Martii MDCCLXIX.

CON-

# CONSPECTVS LIBELLI.

## I. Commentatio generalis.

a. *de deſinitione actionum* §. 2. p. 2
b. *de praecipuis action. diuiſionibus* §. 2–9. p. 2
c. *de actore et reo* §. 10–16. p. 4
d. *de fine actionum* §. 17. p. 5
e. *de foro competente actionum* §. 18–63. p. 5
f. *de modo propon. act. per libellum* §. 64–82. p. 15
g. *de cumulatione actionum* §. 83–91. p. 22
h. *de mutatione libelli* §. 92–99. p. 24
i. *de exceptionibus generatim* §. 100–121. p. 26

## II. Commentatio ſpecialis.

A. DE ACTIONIBVS REALIBVS Sect. I. p. 33
a. *in genere* Cap. I. p. 33
b. *de ſingulis actionibus real. in ſpecie* Cap. II. p. 37
I. EX DOMINIO.
1. *de rei vindicatione* Membr. I. p. 37
2. *de actione Publiciana* Membr. II. p. 42

3. *de*

3. *de actione reſciſſoria* Membr. III. p. 45
4. *de actione Paulliana* Membr. IV. p. 54

II. EX IVRE SERVITVTVM.
1. *de actione confeſſoria* Membr. V. p. 61
2. *de actione negatoria* Membr. VI. p. 67
3. *de noui operis nunciatione* Membr. VII. p. 71

III. EX IVRE PIGNORIS.
1. *de actione in factum ex Interd. Salviano* Membr. VIII. p. 75
2. *de actione hypothecaria* Membr. IX. p. 79

IV. *de actionibus* EX POSSESSIONE *oriundis.* Membr. X. p. 86

B. DE ACTIONIBVS PERSONALIBVS Sect. II. p. 98
a. *in genere* Cap. I. p. 98
b. *in ſpecie* Cap. II. p. 104

I. *de act. perſon.* EX POLLICITATIONE. Membr. I. p. 104

II. *de act.* EX CONVENTIONIBVS. p. 108

A. de

A. *de act.* EX CONTRACT. REALIBVS p. 109

1. *de condictione certi ex mutuo* Membr. II. p. 109
2. *de actione commodati.* Membr. III. p. 118
   a. *directa* p. 119
   b. *contraria* p. 121
3. *de actione depoſiti* Membr. IV. p. 124
   a. *directa* p. 125
   b. *contraria* p. 131
4. *de actione pigneratitia* Membr. V. p. 133
   a. *directa* p. 133
   b. *contraria* p. 140

B. EX CONTRACTIBVS CONSENSVALIBVS p. 142

1. *de actionib. emti venditi.* Membr. VI. p. 142
   a. *actione emti* p. 143
   b. *actione venditi* p. 149
   c. *de act. ad impugnandam emtionem* p. 163
2. *de actione locati conducti.* Membr. VII. p. 169
   a. *actione locati* p. 169
   b. *actione conducti* p. 173
3. *de actione pro ſocio* Membr. VIII. p. 184

4. *de*

4. *de actione mandati.* Membr. IX. p. 184
a. *directa* p. 184
b. *contraria* p. 188
5. *de actione emphyteuticaria.* Membr. X. p. 190
a. *de ea, quae emphyteutae competit* p. 190
b. *de ea, quae domino competit* p. 193
6. *de actione fideiuſſoria.* Membr. XI. p. 197

C. *de act. occaſ.* LITTERARVM OBLIG. *compet.* Membr. XII. p. 200
a. *de condict. certi et chirogr.* p. 200
b. *de querela non numeratae pecuniae* p. 202

D. *de act.* EX CONTR. INNOMIN. *competent.* Membr. XIII. p. 205
1. *de actione aeſtimatoria* p. 206
2. *de actione permutatoria* p. 209
3. *de reliquis act. ex. contr. inn.* p. 211

E. *de actionibus* EX QVASI CONTR. p. 213

1. *de*

1. *de actione tutelae.* Membr. XIV. p. 213
a. *directa* p. 214
b. *contraria* p. 217
2. *de actione negotiorum geſtorum.* Membr. XV. p. 219
a. *directa* p. 219
b. *contraria* p. 222
3. *de actione ex teſtamento* Membr. XVI. p. 223
4. *de condictione indebiti* Membr. XVII. p. 228
5. *de actione de recepto* Membr. XVIII. p. 232

C. DE ACTIONIBVS MIXTIS. Sect. III. p. 236
*in genere* Cap. I. p. 236
*in ſpecie* Cap. II. p. 238
1. *de hereditatis petitione* Membr. I. p. 238
2. *de querela nullitatis* Membr. II. p. 244
3. *de querela inofficioſi teſtamenti.* Membr. III. p. 247
4. *de actione familiae erciſcundae.* Membr. IV. p. 252
5. *de actione communi diuidundo* Membr. V. p. 256
6. *de actione finium regundorum* Membr. VI. p. 259

D. DE

D. DE ACTIONIBVS IN REM SCRIPTIS Sect. IV. p. 262
1. *de actione ad exhibendum* Membr. I. p. 262
2. *de actione quod metus cauſa* Membr. II. p. 265

E. DE ACTIONIBVS PRAEIVDICIALIBVS Sect. V. p. 269
1. *de actionibus praeiudicialibus generatim* Cap. I. p. 269
2. *de actione ex ſtatu libertatis* Cap. II. p. 270
3. *de actione ex ſtatu ciuitatis* Cap. III. p. 275
4. *de actione ex ſtatu familiae* Cap. IV. p. 278

COM-

## COMMENTATIO GENERALIS

DE

# ACTIONIBVS.

vid. Boehmer et Eckard.

§. 1.

In hac nouem capita conſiderantur. Ordo tractat.

1) *definitio,*

2) *diuiſiones,*

3) *de actore et reo,*

4) *finis actionum,*

5) *forum competens,*

6) *modus proponendi actiones,*

7) *cumulatio actionum,*

8) *mutatio et emendatio libelli,*

9) *generalia de exceptionibus.*

§. 2.

1) Acti-onis def. Actio eſt *remedium iuris in iudicio perſequendi, quod ſibi debetur.*

§. 3.

2) de action. diuiſion. §. 3-9. Varias diuiſiones actionum vid. in LVD. MENCKENII *Tract. ſynopt. Inſtit. Iuſt.* in Tit. *de actionibus.* Diuiduntur autem

1. *a cauſſa efficiente,*
2. *ab obiecti qualitate,*
3. *obiecti quantitate,*
4. *a forma accidentali,*
5. *a fine,*
6. *ab effectu.*

§. 4.

A cauſa efficiente ſunt

1. *reales*, quae ex iure in re,
2. *perſonales*, quae ex iure ad rem,
3. *mixtae*, quae ex vtroque iure deſcendunt.
4. *in rem ſcriptae*, quae licet perſonales ſint, contra tertium tamen poſſeſſorem ex ſpeciali legis diſpoſitione dantur.
5. *praeiudiciales*, quae ex iure perſonarum oriuntur.
6. α) *ciuiles*, ex iure ciuili ſtricte ſic dicto,
   β) *praetoriae*, ex praetorum (quorum nomine etiam hoc loco *aediles* comprehenduntur) edictis dimanantes.

Haec diuiſio etiam priorum actionum ſpeciebus accommodanda eſt.

§. 5.

§. 5.

Ab obiecti qualitate ſunt

1. *rei perſecutoriae*, quibus id, quod nobis debetur, ſine intentione reum coërcendi perſequimur.
2. *poenales*, quae ad reum puniendum, poenamque reo adplicandam tendunt.
3. *mixtae*, quae partim rem, partim poenam perſequuntur.

§. 6.

Ab obiecti quantitate actiones aut *in ſimplum* aut *amplius* ſc. ad *duplum*, *triplum*, *quadruplum*; ſiue ab initio, ſiue ex poſt facto competentes, conſiderantur.

§. 7.

A forma accidentali actiones diuiduntur,

1\. a. *in bonae fidei*, in quibus iudex actori praeter conuentionis normam, quod vel natura negotii, vel legum diſpoſitione dimanat, adiudicare poteſt.

b. *ſtricti iuris*, in quibus iudex in condemnando conuentionis normam excedere nequit.

c. *arbitrarias*, in quibus iudex ea, quae neque conuentione, neque natura negotii, neque legis diſpoſitione determinata ſunt, definit ex circumſtantiis, v. g. quoad intereſſe in actione *de eo, quod certo loco dari oportet.*

2\. a. *in ordinarias*, quae ordinario proceſſu,

b. *in ſummarias*, quae ſummario proceſſu peraguntur.

§. 8.

A fine conſiderantur actiones, quibus intenditur, vel *quantitas*, vel *res certa*, vel *incerta*, v. g. intereſſe, condictio incerti.

§. 9.

Ab effectu aliae ſunt actiones, quibus *ſolidum*, aliae, quibus *minus quam ſolidum* perſequimur, v. g. actio de peculio in rem verſo.

§. 10.

Perſonae iudicium conſtituentes ſunt

1. vel *principales*, vt actor, reus et iudex.
2. vel *minus principales*, vt nuncii, aduocati, procuratores.

§. 11.

3) de actore et reo. §. 11-16.

Actor eſt, *qui in iudicio aliquid ab altero petit*, vocatur **Kläger**, et pro varietate proceſſuum aliquando, **Impetrant, Imploꝛant, Liquidant, Denunciant.**

*Not.* Actor eſt, qui actionem in iudicio inſtituit et aliquid ab altero petit.

§. 12.

Actores eſſe poſſunt, *qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio habent.* Quales ſunt, qui neque natura impediuntur, neque lege prohibentur.

§. 13.

§. 13.

Si corpus myſticum, vt vniuerſitas, agit, ſatis eſt exprimere die Gemeinde zu N. N. Aliud, ſi plures *litis conſortes*, qui vniuerſitatis iura non habent, agant, tunc etiam ſingulorum nomina exprimenda ſunt.

§. 14.

Exiſtente concurſu, nomine creditorum hodie, vt plurimum, agit curator bonorum.

§. 15.

Reus eſt, *a quo in iudicio actor aliquid petit*, vocatur Beklagter, vel alio nomine, pro diuerſitate proceſſus et ſtilo fori.

§. 16.

Quicunque actor eſſe poteſt, ille quoque rei partibus fungitur.

§. 17.

Finis actionum vel eſt 4) finis action.

a. *principalis*, qui ex eſſentialibus ipſius negotii defluit, vel

b. *minus principalis*, qui ex naturalibus aut accidentalibus dimanat.

§. 18.

Actiones in iudicio inſtituuntur, et hoc iudicium vocatur forum. 5) de foro compet. act. §. 18 63.

§. 19.

Agendum eſt in foro competente, quod dicitur *iudicium coram quo quis iure agere, et ad reſpondendum agi poteſt.*

§. 20.

Quando plura fora competunt, actori regulariter competit electio. Conſultius autem eſt illud forum, in quo requiſitorialibus non opus eſt, eligere, niſi vel ſuſpicio iudicis, vel aliae circumſtantiae aliud ſuadeant.

§. 21.

Fori competentia aeſtimatur,

a. *ex iurisdictione* ratione cauſae competentis.

b. *ex foro rei.* Actor enim forum rei ſequitur. *L. 2. C. de iurisd. omn. iud.*

§. 22.

Forum rei eſt,

vel *commune*,

vel *priuilegiatum.*

Commune,

vel *ex propria perſona*,

vel *ex aliena.*

Ex perſona propria,

vel *generale*,

vel *ſpeciale*.

§. 23.

Generale forum eſt, in quo omnes actiones, contra quasuis perſonas inſtitui poſſunt, niſi vel cauſae, vel perſonae ſpeciale priuilegium competat. Hoc reus ſortitur in *foro domicilii.*

§. 24.

Forum domicilii eſt,

vel *commune*, quod Romae olim fuit, hodie vero nihil vſus praeſtat,

vel *proprium*, quod

vel *naturale*,

vel *accidentale* ſcil. *habitationis*.

§. 25.

*Forum domicilii proprium naturale*, ſiue *originis* competit in eo loco, vbi pater ciuis eſt. Quod licet iure ciuili neceſſarium fuerit, hodie tamen mutari poteſt, mutatio autem ab allegante probanda eſt.

§. 26.

*Forum domicilii accidentale*, ſiue *habitationis* eſt, vbi quis animo permanendi habitat. Duo itaque ſunt requiſita:

1. actualis habitatio
2. animus ibi permanendi.

§. 27.

Primum requiſitum facile probatur. Ratione ſecundi autem diiudicatio deſumitur,

1. *ex expreſſa declaratione*, ſi in loco habitans ius ciuitatis ibi impetrauerit,
2. *perſonae qualitate*, v. c. ex officio publico perpetuo, quo fungitur,
3. *ex aliis coniecturis*, v. c. ſi ibi artem exerceat, fortunas ſuas in locum contulerit et ſimilibus.

§. 28

In hoc foro omnes actiones, ſiue reales, perſonales, mixtae, in rem ſcriptae, praeiudiciales, ciuiles, poenales etc. inſtitui poſſunt.

§. 29.

*Forum ſpeciale* vocatur, in quo quaedam actiones tantum inſtitui poſſunt. Eſt

1. *contractus,*
2. *rei ſitae,*
3. *delicti,*
4. *connexitatis cauſarum.*

§. 30.

Forum contractus eſt,

vel 1) in loco ad adimplendum determinato, vel 2) ſi is non definitus, in loco, in quo contractus vtriusque conſenſu perfectus redditus eſt.

De aduenis vid. *L. 19. §. 2. ff. de iudic.*

§. 31.

In foro contractus actiones, ex contractu deſcendentes, et ad adimplendum contractum tendentes, tantum recte inſtituuntur. c. 1. §. *contrahentes de foro comp. in 6to.*

§. 32.

Actiones ad reſcindendum contractum in hoc foro inſtitui nequeunt, niſi ex cauſa ad reſciſſionem, in ipſo contractu, vel pacto adiecto determinata, agatur. v. c. pacto addictionis in diem, vel commiſſorio.

§. 33.

Abſentes in hoc foro non conueniuntur. *L. 19. §. 2.* §. ~~11.~~ *ff. de iud.* Non obſtat *L. 34. eod.* Vſu hodierno ſatis eſt, ſi prima citatio praeſenti fuerit inſinuata.

§. 34.

*Forum rei ſitae eſt*, vbi res, de qua agitur, ſ. mobilis ſ. immobilis, deprehenditur.

§. 35.

In hoc foro actiones reales, mixtae et in rem ſcriptae, inſtitui poſſunt. *L. f. C. vbi in rem act.*

§. 36.

*Forum delicti*, quoad ciuiles actiones, eſt *locus delicti conſummati*, ſin vero criminaliter agatur, etiam *inchoati delicti* forum competens habetur. *L. 1. C. vbi de criminibus.*

§. 37.

Actiones, ex hoc delicto dimanantes, in hoc foro recte inſtituuntur, per *alleg. leg.*

§. 38.

Cum his foris ſpecialibus, electiue concurrit forum domicilii, tamquam generale.

§. 39.

Forum *connexitatis cauſarum* vocatur, quando plures controuerſiae cohaerentes coram eodem iudice, ad litium multiplicationem euitandam, peraguntur. vid. *Tit. ff. de quibus rebus ad eund. iud.*

§. 40.

Contingit hoc,

1. ſi vna actione res ſub diuerſis iurisdictionibus, eiusdem tamen territorii, ſitae petantur, quo in caſu, *coram iudice*, harum iurisdictionum *proxime ſuperiore*, agi poteſt.

§. 41.

2. Si plures litis conſortes diuerſae iurisdictionis, coram iudice proxime ſuperiori eadem actione conueniantur. *L. 1. ff. alleg. tit.* et *L. 5. C. arbitr. tut.* Modo non captioſe iungantur. Hinc *exceptio malitioſae* et *captioſae coniunctionis.*

§. 42.

3. Poſſeſſorium et petitorium coram eodem iudice pertractandum eſt.

§. 43.

4. Conuentio et reconuentio coram eodem foro peragitur. Iure ciuili quidem arbitrio reconuenientis relictum erat. *Auth. ſed conſequenter. C. de ſentent. et interloc. Nov. 96. c. 2.* Iur. Can. neceſſitatis eſt. *c. 2. de iudicio cognit.*

§. 44.

5. Praeiudicialis et principalis actio pariter ad idem forum ſpectat.

§. 45.

Nec non 6. praeparatoria et principalis actio.

§. 46.

§. 46.

Forum commune ex perſona aliena ſortiuntur,
1. *heredes,*
2. *vxores.*

§. 47.

Heredes ex facto defuncti in foro defuncti recte conueniuntur. *L. 19. et 34. ff. de iudic.* Cum tamen hoc ſit forum, quaſi contractus, aditionis hereditatis, ſecundum vſum hodiernum minimum prima citatio praeſenti inſinuanda eſt. *L. 19. ff. de iudic.*

§. 48.

Vxor marito viuo, item mortuo, antequam ad ſecunda vota tranſeat, in foro mariti recte conuenitur. *L. 65. ff. de Iud. L. 22. §. 1. ff. de municipal.*

§. 49.

Forum priuilegiatum conſideratur vel ratione
1. *cauſae*, vel
2. *perſonae.*

§. 50.

Cauſae priuilegiatae ſunt,
1. *eccleſiaſticae,*
2. *feudales,*
3. *foreſtales,*
4. *metallicae,*
5. *mercatoriae,*
6. *fiſcales:*

§. 51.

§. 51.

Ad cauſas eccleſiaſticas plerumque ex mente Iuris Canonici referunt:

a. *Sponſaliorum*,

b. *matrimoniales*, quando de iure agitur, item, de matrimonio contrahendo, continuando, diſſoluendo. Non ſi de facto incidenter, *an matrimonium contractum ſit?* quaeſtio oritur.

c. *Iuramentorum*, quod vero apud Proteſtantes ſecus.

d. *Res eccleſiaſticas* concernentes.

e. *Delicta eccleſiaſtica* vt hereſeos. Vid. BÖHMERI *Ius Eccl. Proteſt. Libr. II. Tit. II. ſſ. 23. ſqq.*

*Nota.* In terris Brunſuicenſibus ratione cauſarum eccleſiaſticarum reſpiciendum eſt ad Ordinationem eccleſiaſticam renouatam ANT. VLRICI Ducis de Anno 1709. Illa vero ad conſiſtoria refert

1. *clericorum examina, ordinationes* et *introductiones*,
2. *actiones perſonales contra clericos*,
3. *cauſas res eccleſiaſticas concernentes*,
4. *matrimoniales*,
5. *excommunicationes*.

§. 52.

Hae cauſae pertractantur coram conſiſtoriis. Quae tamen neceſſitatis non ſunt. Conſ. WEBER in *Tract. de Conſiſtoriis*.

§. 53.

§. 53.

*Cauſae feudales*, vel coram Paribus curiae, ſi controuerſia tangit Dominum et Vaſallum, *2 Feud. 16.* vel ſi inter Vaſallos lis eſt, et eſt regale feudum, coram Domino, *1 Feud. 18.* ſi non regale feudum, coram Domino et Paribus curiae *2 Feud. 15.* expediendae ſunt. De feudis immediatis Iure Imperii vid. *Ord. Cameral. P. 2. Tit. 7.* Quoad mediata hat man entweder Lehns-Curien, oder wenn es bey Landes-Regierungen vorkömmt, werden pares Curiae darzu genommen.

§. 54.

*Foreſtales cauſae*, Jagd- und Forſt-Sachen in Fürſtlichen Gehölzen, regulariter in Camera pertractantur.

§. 55.

*Metallicae* pertractantur vor dem Berg-Amt, niſi aliud conſtitutum.

§. 56.

*Mercatoriae* in quibusdam locis ad Iudicium Mercatorium das Handels-Gericht adſtringuntur, vid. *Ord. Merc. Lipſ. Tit. 2.* requiritur *autem* tunc

1. vt reus ſit mercator,
2. cauſa mercatoria.

Alias ad ordinarium forum competens pertinet.

§. 57.

§. 57.

*Fiſcales cauſae* a procuratoribus fiſci deciduntur *L. 5. C. vbi cauſa fiſci.* In imperio, a Camera. *Ord. Cam. Part. 2. Tit. 20.* Quod ſi autem ſpeciale quid in prouinciis non conſtitutum, procuratores fiſci coram foro competente ordinario agunt.

§. 58.

Ratione perſonarum priuilegiatum forum eſt,

1. *clericorum,*
2. *academicorum,*
3. *principis conſiliariorum,*
4. *militum,*
5. *miſerabilium perſonarum.*

§. 59.

Clericorum priuilegiatum eſt in Conſiſtoriis, ſi

1. actione perſonali conueniantur,
2. rei partibus fungantur.

Alias non. *Quid de delictis clericorum*

§. 60.

Academici, et vxores, et eorum liberi Iure Rom. eligere poterant academicum magiſtratum et Epiſcopum ciuitatis *Auth. habita. C. ne filius pro patre.* Hodie coram Magiſtratu academico, quando contra ipſos tamquam reos agitur actione perſonali, actio inſtitui debet.

*An iurisdictio criminalis Academiae cohaereat?* Negatur regulariter.

§. 61.

§. 61.

Milites actione perſonali conueniendi ſunt coram iurisdictione militari, **den Krieges-Gerichten.**

§. 62.

Principum Conſiliarii in Regimine Principis, quod ad actiones perſonales, ſi rei ſint, pertinet, ſortiuntur forum.

§. 63.

Miſerabiles perſonae (quae declarantur *L. vn. C. quando Imp. inter pup. vel alias miſerab. perſ. cognoſc.*) hoc habent priuilegium, vt ſtatim in ſuperiori inſtantia agere poſſint. Ceſſat vero

Zoller diss. ad l. unic. Cod. quando imperator.

1. ſi rei partibus fungantur,
2. ſi ex iure ceſſo agant.

§. 64.

His antepoſitis progredior ad *modum proponendi actiones* ſcil. *per libellum.* 6) de modo proponendi action. §. 64-82.

§. 65.

Libellus eſt *ſcriptura intentionem actoris declarans, facti ſpeciem, fundamentum agendi et congruum petitum continens.*

§. 66.

Proponitur

vel ortenus in iudicio, et vocatur **mündliches An- oder Vorbringen**, atque in regiſtraturam redigitur. 7) Idque in leuioribus cauſis, vel moram non ferentibus admitti

admitti ſolet. *Nov. 17. c. 3. Nov. 100. c. 1. et Clem. 2. de V. S.*

vel in ſcriptis iudici offertur.

§. 67.

Requiſita iunctim continentur in his verſiculis:

*Quis, quid, | coram | quo, quo | iure petatur,*
*et | a quo*
*Recte | compoſitus | quisque libellus habet.*

§. 68.

Vt haec requiſita penitius cognoſcantur, conſideranda libelli

a. *eſſentialia*,
b. *accidentialia.*

§. 69.

Eſſentialia

1. *in exordio*,
2. *propoſitione*,
3. *petito*, ponderanda veniunt.

§. 70.

Exordium continere debet nomen et cognomen

a. *actoris et rei*, auch was und wo ſie ſind? Vniuerſitatis generale nomen, die Gemeinde zu N. ſufficit. Plures litis conſortes omnes exprimendi.

2. *iudicis*, vbi nomen officii plerumque ſufficit, der Rath zu N. Stadt-Gerichte zu N.

§. 71.

§. 71.

Propoſitio continet
1. *facti ſpeciem*
2. *cauſam petendi.*

§. 72.

Facti ſpecies eſt *curata relatio negotii, ex quo agitur.* In qua ſequentia notes:
1. *Expendas et commemores omnes circumſtantias, ad fundamentum agendi eliciendum neceſſarias.*
2. *Breuiter et perſpicuis verbis enarres factum,*
3. *Obiectum litis ſollicite deſigna*, exprimendo, pro varietate rerum, quae petuntur, rei pondus, numerum, menſuram, colorem, formam, ſexum, materiam, ſitum, ſines, et aliquando vicinos. *L. 6. ff. de R. V.*

§. 73.

Cauſa petendi, ſiue fundamentum agendi, eſt *ratio ſufficiens, cur hic actor, ab hoc reo hanc rem petat.*

§. 74.

In actionibus realibus ſufficit cauſa petendi generalis, ſcil. ſpecies iuris in re, ex qua actio dimanat. Conſultius autem aliquando eſt, etiam cauſam ſpecialem, nempe titulum et modum, exprimere.

§. 75.

In actionibus perſonalibus cauſa petendi generalis, nempe obligatio, non ſufficit, ſed

B ſpe-

BIBLIOTEKA U. JAGIELL. UNIWERSYTECKA

ſpecialis eſt determinanda, videlicet, ſpecies facti liciti, vel illiciti, ex qua actio deſcendit.

§. 76.

Petitum libelli ſit

1. *certum*, vt intelligatur, quid, quale, quantumque actor petat?
2. *naturae actionis congruum*; qualis enim finis actionis eſt, tale eſſe debet petitum.

§. 77.

*Petitum generale* regulariter non admittitur, niſi

1. in actionibus vniuerſalibus, *vt in her. petit.*
2. in generalibus actionibus, e. g. *in act. pro ſocio.*
3. ſi de damnis ac intereſſe agitur.
4. in criminalibus.

§. 78.

*Alternatiua petita* pariter locum non habent, niſi ipſa obligatio, vel lege, *L. 2. C. de reſcind. emt. ac vend.* vel conuentione ſit alternatiua.

§. 79.

Accidentalia conſiſtunt in clauſulis adiici ſolitis. Inter has eas vtiles reputo, quibus fructus, damna, vſurae, intereſſe petuntur. Reliquae plerumque futiles, quo etiam refero clauſulam ſalutarem, herbam betonicam dictam.

*Nota.*

*Nota.* Haec ſalutaris clauſula ſec. Ord. Cur. Prov. Guelph. Tit. 10. §. Und ſollen die Advocaten omnino requiritur. Ad effectum, vt petitum ex officio ſecundum ſpeciem facti mutari poſſit.

§. 80.

Libello addi ſolet ſupplicatio pro impetrando proceſſu, quae eſt *ſcriptura, qua quis iudicem rogat, vt in cauſa controuerſa miniſterium ſuum praeſtet.*

§. 81.

In hac ſupplicatione, omiſſis aliis conſuetis ineptis formulis, petitur

1. *vt terminum conſtituat,*
2. *citet reum ſub clauſula,* ſcil. *generi proceſſus conuenienti,*
3. *communicet cum reo libellum,*
4. *notificet actori terminum.*

§. 82.

Haec ſupplicatio vel ſeparatim concipitur, vel ipſo libello inſeritur. Quo circa de vtroque modo libellos ſubiiciam.

Exempl. libelli

in Sachen

Johann Heinrich Maevii,

Bürger und Schneiders zu Harlem,

Klägers an einem

contra

Chriſtian Martin Sempronium,

Bürger und Goldſchmidts zu Helmſtädt

Beklagten.

Rubriciter Kläger klaget kürzlich ꝛc.

vel ita

Kläger

Johann Heinrich Maevius,

contra

Chriſtian Martin Sempronium,

Beklagten,

Klaget, (oder bringet klagend an,) welcherge⸗ ſtalt Titius, ſo jüngſthin den 2. Mart. h. a. verſtorben, ein Teſtament hinterlaſſen, wo⸗ rinnen er Klägern zu ſeinem Vniverſal-Er⸗ ben eingeſetzet; wann aber Beklagter nach Abſterben, ſich als vermeintlicher Erbe ab inteſtato der Erbſchaft angemaßet, und ſol⸗ che in Güte an Klägern abzutreten ſich ver⸗ weigert; als iſt er zu klagen genöthiget worden, fordert dannenhero richtige Einlaſ⸗ ſung und Antwort, nach deren Erfolg er in Rechten zu erkennen bittet:

Daß Beklagter die libellirte Erbſchaft vermittelſt eines zu rechtbeſtändigen Inventa- rii, oder in deſſen Ermangelung einer eidli⸗ chen Specification Klägern cum fructibus per- ceptis et percipiendis abzutreten, auch alle ver⸗ urſach⸗

urſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

Deſuper nobiliſſimum Iudicis officium implorando.

conc. Johann David Scaevola.

Exemplum Supplicationis.

Hochedelgeborne,
Veſte und Hochgelahrte auch Hochweiſe,
Hochgeehrteſte Herrn,

Auf beygehende Klage ſub ⊙ bitte zuförderſt einen legalen Termin anzuberaumen, Bekl. communicatis communicandis zur Einlaſſung und Antwort gebührend vorzuladen, mir aber die Tagefart zu notificiren, verharrend

Ew. Hochedelgebl. Herrl.

Loc. & dat. gehorſamſter

concep. J. H. Maevius.

J. D. Scaevola vi mand. ſub A.

Exemplum libelli, cui ſupplicatio ineſt.

Ew. Hochedelgbl. habe klagend zu hinterbringen, welchergeſtalt ich, Johan Friedrich Caio, Buchhändler allhier, Oſter-Meſſe 1748. ein Darlehn von 200. Rthlr. in Louisd'or, gegen landübliche Verzinſung à 5 pro cent, geliehen, ſo derſelbe Oſter-Meſſe 1749. hinwieder zu bezahlen verſprochen. Wann aber nach Ablauf dieſer Zahlungs-Friſt ſich gleichwohl gedachter Caius

der ſchuldigen Zahlung verweigert; als werde gegenwärtige Klage wider denſelben zu erheben genöthiget, und ergehet an Ew Hochedelgebl. ꝛc. mein gehorſamſtes Bitten, einen legalen Termin dieſerhalb anzuberaumen, Beklagten zur Einlaſſung und Antwort hierauf vorzuladen, auch mir den angeſetzten Termin zu notificiren. Nach erfolgter Einlaſſung und Antwort aber dahin zu erkennen:

Daß Beklagter die libellirten 200 Rthlr. an Louisd'or, nebſt denen von Oſtern 1748. aufgelaufenen Intereſſen ſo wohl als alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

Der ich mich, geneigter Deferirung getröſtend, verharre

loc. et dat. gehorſamer

conc. Joh. Chriſt. Blumbacher.

Sebaſt. Corrumpuntius vi mand. ſub ⊙
Notarius allhier.

In tergo titulus iudicis, ad quem dirigitur ſupplicatio, exprimitur.

§. 83.

7) de cumul. action. §. 83 91. Progredior ad *cumulationem actionum*, quae eſt, *quando plures actiones in eodem libello proponuntur*.

§. 84.

§. 84.

Haec eſt vel
1. *ſubiectiua,*
2. vel *obiectiua.*

§. 85.

Subiectiua eſt, *quando plures actores contra vnum reum,* vel *vnus actor contra plures reos,* vel *plures actores contra plures reos, actiones eodem libello inſtituunt.*

§. 86.

Haec cumulatio ſecundum omnia Iura prohibetur, niſi plures actores, vel rei ſint litis conſortes.

§. 87.

Litis conſortes vocantur, qui
1. *ſimul,*
2. *de eadem re,*
3. *ex eadem cauſa,*
4. *coram eodem iudice,* vel *agunt,* vel *conueniuntur.*

§. 88.

Obiectiua eſt, *quando actor contra eundem reum plures actiones eodem libello proponit.* De qua ſequentia conſideranda ſunt.

§. 89.

1) Si eiusdem generis ſint, ex eademque cauſa petendi dimanent actiones, omni modo licet, modo in eodem proceſſus genere verſentur.

§. 90.

2) Si diuerſi ſint generis, ex diuerſis cauſis petendi oriundae, et ad diuerſas res tendant, cumulatio Iure quidem Ciuili aegre, bene tamen Iure Canonico et praxi hodierna fertur. Cauendum vero, ne vel

1. *oriatur confuſio*, vel
2. *diuerſi proceſſus cumulentur*.

§. 91.

3) Si vero ita diuerſae actiones ad eandem rem tendant (quo in caſu concurſus actionum adeſt v. g. quoad actiones legatariis competentes,) tunc actiones ad diuerſum finem tendentes (eſt enim concurſus cumulatiuus) cumulari poſſunt: ad eundem finem vero pertinentes (cum concurſus electiuus ſit,) cumulari nequeunt. Conf. Iure Sax. *Ord. Proc. Rec. Tit. V.* §. 2.

*Nota.* Sec. *Ord. Cur. Prov. Guelperb. Tit. 10.* §. Ferner ſollen die Advocaten et *Ord. Canc. n. 3.* nulla cumulatio licita eſt.

§. 92.

8) de mutat. libell. §. 92-99.

Sequitur tractatio *de mutatione et emendatione libelli.*

§. 93.

Mutatio dicitur, quando vel

1. *res petita*, vel
2. *cauſa petendi*, vel
3. *modus agendi* mutatur.

§. 94.

§. 94.

Haec mutatio Iure Ciuili ante litis conteſtationem indiſtincte permiſſa, poſt litis conteſtationem vero vsque ad ſententiam non aliter, quam ſi

1. *iuſta adſit cauſa,*
2. *a iudice approbata,*
3. *expenſae litis reſtituantur.* §. *36, 37. I. de Act. L. 3, C. de Edendo. L. 79, ff. de Iud.*

§. 95.

Iure Sax. communi licita eſt, vsque dum vel guaranda ab actore praeſtita, vel lis a reo pure conteſtata eſt. Land-Recht, *l. 1. art. 63. l. 2. art. 16. l. 3. art. 14,* cf. quoad Elect. Sax. Ius *Ord. Proc. Sax. Vet. T. 5.* §. *4.* et *Ord. Recogn. Tit. 5. §. 9.*

§. 96.

Sed poſtea tamen et actori licet, refuſis expenſis, plane nouam actionem inſtituere.

§. 97.

Mutatione libelli facta ſemper expenſae antefactae refundendae ſunt ab actore.

§. 98.

Emendatio eſt, ſi haec capita, de quibus in mutatione dixi, ſalua manent, et tantum quaedam adduntur, vel detrahuntur, v. c. *error in pronomine corrigitur, ſumma petita minuitur.*

§. 99.

Emendatio vsque ad ſententiam definitiuam licita eſt, tam Iure Ciuili, Canonico, quam Saxonico. conf. *Ord. Proc. Sax. Rec. Tit, V.* §. *9.* Quod ſi tamen noua deliberatione ob ſummae diminutionem opus ſit, expenſas termini actor praeſtare debet, et noua citatione opus eſt, alias non.

§. 100.

9) de exceptionibus, §. 100-121.

Tandem vltimum caput tractationis generalis attingam de *exceptionibus.* Eſt *remedium iuris, quo reus contra actionem inſtitutam ſe defendit.*

§. 101.

De variis exceptionum ſpeciebus euolue *Tit. ff. de Except.* ibique compendia. ZANGERVM et OLDENDORPIVM *de exceptionibus.* In praeſenti tantum diuiſionem in dilatorias atque peremtorias detinebo.

Editio [illegible] 1732

§. 102.

Dilatoriae exceptiones, verzögliche Schutzreden, ſunt, *quibus reus actionem et reſponſionem differre intendit.*

§. 103.

Vnum omnium dilatoriarum exceptionum eſt fundamentum, ſcil. *vt defectus detegatur, ob quem actor nondum ius ſuum perſequi et reus ad reſpondendum cogi poſſit.*

§. 104.

§. 104.

Hic defectus ex tribus argumentis deſumitur,

1. *ex forma iudicii neglecta,*
2. *ex cauſae meritis,*
3. *ex perſona rei.*

§. 105.

A neglectione formae proceſſus deſumuntur, *exceptio fori incompetentis, primae inſtantiae, litis pendentis, praeuentionis, ſuſpecti iudicis, inhabilitatis, loci non tuti, termini anguſti, incidentis in diem feriatum, deficientis legitimationis, et ſimiles.*

§. 106.

A cauſae meritis derivantur, *exceptio inepti et obſcuri libelli, pacti de non petendo intra certum tempus, excuſſionis, cedendarum actionum, nondum demonſtrati dominii,* (vt in actione confeſſoria et negatoria) *ſpolii* et reliquae.

§. 107.

A perſona rei adueniunt, exceptio *impetrati indulti moratorii, ceſſionis bonorum, competentiae, iuſti impedimenti,* et aliae eius generis.

§. 108.

Exceptiones dilatoriae regulariter omnes ante litis conteſtationem ſunt opponendae. *Rec. Imp. de Ao. 1654. §. 37. 38.* niſi vel

1. *po-*

1. *poſtea demum emergant*, vel
2. *reus ante earum notitiam non habuerit*, vel
3. *ſint anomalae*, ſcil. quae in omni parte iudicii adhuc opponi poſſunt, ne iudicium eluſorium fiat. v. c. legitimationis.

§. 109.

Summariter ſtatim ſunt demonſtrandae, alias non attenduntur, eae tamen quae cauſae merita reſpiciunt, etiam in reprobatione demum deduci poſſunt.

§. 110.

Pleraeque exceptiones dilatoriae negatiuam continentes, probatione haud indigent, vt nec illae, quae ex actis iam patent. De Except. Dilat. confer. RIVINI *Specimen Except. Forenſ. Dilat.* quem tractatum commendo.

§. 111.

Peremtoriae exceptiones, zerſtörliche Schutzreden, ſunt, *quibus reus actionem*, vel *in totum*, vel *pro parte elidere intendit.*

§. 112.

Omnes peremtoriae exceptiones, quarum tamen largiſſimum numerum deprehendimus, ad tria fuudamenta reduci poſſunt,

1. *quod obligatio, aut ius conſtitutum negetur,*

2. quod

2. *quod conceſſa licet obligationis aut alius iuris conſtitutione, excipiens aſſerat iam ſatisfactum eſſe.*

3. *quod citra ſatisfactionem aſſeratur, actorem iure ſuo excidiſſe.*

§. 113.

Ex 1. exceptio defluit *doli*, *metus*, *erroris*, *ſimulationis*, *non numeratae pecuniae*, *non adimpletae conditionis*, *SCti Velleiani*, *Macedoniani*, *minorennitatis*, *vſurariae prauitatis*, et reliquae.

§. 114.

Ex 2. *ſolutionis*, *dationis in ſolutum*, *compenſationis*, *traditionis*, *depoſitionis iudicialis*, *nouationis*, *delegationis &c.*

§. 115.

Ex 3. *praeſcriptionis*, *confuſionis*, *interitus caſualis*, *remiſſionis*, *mutui diſſenſus*, *transactionis*, *rei iudicatae*, *iurisiurandi*, *reſtitutionis in integrum &c.*

§. 116.

Duplicis autem generis exceptiones peremtoriae ſunt,

vel *liquidae in continenti*, ſiue *litis ingreſſum impedientes*, quando vel ex actis, vel documentis guarentigionatis, vel aduerſae partis confeſſione iudiciali ſtatim probantur,

vel

vel *altioris indaginis*,[7] ſ. *peremtoriae in ſpecie ſic dictae*, quae ita liquido ſtatim non apparent, ſed per teſtes deinde, aut iuramentum &c. probantur.

§. 117.

Exceptiones peremtoriae in continenti liquidae ante litis conteſtationem, vel etiam poſt litis conteſtationem opponi poſſunt. Cautelae nomine ſuadeo, vt, etiamſi ante litis conteſtationem opponantur, tamen inter peremtorias in ſpecie ſic dictas, repetantur.

§. 118.

Peremtoriae in ſpecie ſic dictae Iure Imperii omnes poſt litis cont. in primo termino opponendae ſunt, ſub poena praecluſionis. *Rec. Imp. de Ao. 1654. ſſ. 57.*

§. 119.

Admittuntur tamen etiam poſt primum terminum, vel

1. *ſi poſtea demum emergant, vel*
2. *ſi poſtea primum ad rei notitiam peruenerint*, et hoc reus in ſubſidium per iuramentum probet. *Cap. 2. X. de Probat.*

§. 120.

Ratione probationis exceptionum peremtoriarum, ita ſentiendum:

1. pe-

1. *peremtoriae, quae tamquam litis ingreſſum impedientes opponuntur, ſtatim liquidae reddi debent.*

2. *peremtoriae in ſpecie ſic dictae,*

   vel

   a. ſi affirmatiua ſit litis conteſtatio, *in probatione*, vel

   b. ſi negatiua, vel mixta, *in reprobatione deducuntur.*

§. 121.

In cauſis tamen ſummario proceſſu pertractandis, ſtatim earum demonſtratio adiici poteſt.

## COMMENTATIO SPECIALIS
DE
# ACTIONIBVS FORENSIBVS.

§. 1.

In hac ſpeciali pertractatione, omiſſis actionibus ex delictis, aliisque non frequentibus, actiones,

1. reales,
2. perſonales,
3. mixtas,
4. in rem ſcriptas,
5. praeiudiciales expoſiturus ſum.

§. 2.

Singularum actionum tractatio his capitibus innititur,

1. *qualis ſit actio?*
2. *cui detur?*
3. *aduerſus quem?*
4. *ad quid tendat?*
5. *quae fundamenta ſint?* et *quid?* ac *quo modo probandum?*
6. *competentia iudicis,*
7. *quamdiu duret?*
8. *an ad heredes tranſeat?*
9. *quae exceptiones opponi queant.* Tandem
10. *forma libelli additur.*

SECTIO

# SECTIO I.

DE

# ACTIONIBVS REALIBVS.

## CAP. I.

## DE ACTIONE REALI IN GENERE.

§. 1.

Omnes actiones reales vno nomine vocantur *vindicationes*, vti perſonales dicuntur *condictiones ſ. 15. Inſt. de action.* Cauſam denominationis vid. in OTTONIS *Comment. ad Inſt. ad d. ſ.*

§. 2.

Quod ſi itaque verbum vindicationis in LL. romanis occurrat, explicandum hoc eſt ex ſubſtrata materia, qua intelligitur, quae actio realis eo nomine veniat. Sic in *L. 16. §. 3. ff. de pignor. et hypoth.* vindicatio pignoris, de *actione hypothecaria* dicitur.

In *L. 3. pr. eod.* vindicare hereditatem, *hereditatis petitionem* ſignificat.

In *L. vn. ff. de remiſſ.* vindicare ſeruitutem de *actione confeſſoria* ſumitur.

§. 3.

*Actiones reales* dantur illi, *cui ius in re eſt conſtitutum.*

§. 4.

Hinc in omnibus actionibus realibus curate exprimatur:

1. *cui ius in re ſit conſtitutum*, an *rei* vel *perſonae*,
2. *res accurate deſignetur, in qua ius in re conſtitutum.*

§. 5.

Actiones reales dantur contra tertium quemuis poſſeſſorem. *L. 25. ff. de obl. et act. §. 1. Inſt. de act.*

§. 6.

Finis actionum realium tendit *ad ius in re declarandum, reliquaque, quae ex natura huius iuris dimanant.*

§. 7.

Duo omnis actionis realis in genere conſideranda ſunt fundamenta:

1. ratione actoris, *ius in re conſtitutum*,
2. ratione rei, *poſſeſſio.*

§. 8.

In priori agendi fundamento actor potiſſimum titulum et modum probare debet, niſi vel lege, aut conſuetudine notoria hoc ius in re ſit conſtitutum.†

§. 9.

Poſſeſſionem probaturus, vel *naturalem poſſeſſionem*, vel *actum, poſſeſſionem*, aut veram aut fictam *commonſtrantem, probare debet.*

§. 10.

§. 10.

Actio realis, vel in foro domicilii, vel rei ſitae inſtituitur.

§. 11.

Perpetuae ſunt actiones reales, niſi res ipſa forſan, circa quam ius in re competit, breuiori tempore vſucapta, vel iuri praeſcriptum ſit.

§. 12.

Transeunt ad heredes actoris, ad heredes rei non, niſi quatenus poſſident. /

§. 13.

Ordinem ſequar in actionibus realibus explanandis ſpecierum iuris in re. Inde ſequenti ratione progrediar,

I. *Ex vero Dominio,*
rei vindicationem,
*Ex ficto Dominio,*
Publicianam,
reſciſſoriam,
Paullianam,

II. EX IVRE SERVITVTIS,

a) *actionem confeſſoriam,* cui opponitur *actio negatoria,*
atque ſeruitutibus aliquando deſeruientem

b) *noui operis nunciationem;*

III. EX IVRE HEREDITARIO,

1. *hereditatis petitionem*, ſiue totius hereditatis, ſiue partis hereditariae,
2. *familiae erciſcundae actionem*,
3. *querelam nullitatis*,
4. *querelam inofficioſi teſtamenti*,
5. *remedium L. f. C. de Edict. Div. Hadr. tollendo.*

IV. EX IVRE PIGNORIS,

*actionem in factum ex interdicto Saluiano*,

*actionem hypothecariam.*

V. EX IVRE POSSESSIONIS,

*actiones in factum ex interdictis*

atque

*actiones* potiſſimum *in poſſeſſorio*, *ſummariiſſimo* et *ordinario*

perueſtigaturus.

SECTIO

SECT. I. CAP. II.

# DE ACTIONIBVS REALIBVS IN SPECIE

MEMBRVM I.

## DE REI VINDICATIONE.

§. 1.

*Rei vindicatio* eſt actio ciuilis realis, quae datur domino rei corporalis et ſingularis aduerſus quemcunque eius poſſeſſorem ad rem cum omni cauſa reſtituendam. R. V. indoles §. 1—3.

§. 2.

*Directa* haec actio domino pleno, *vtilis* etiam minus plenis vtilibus dominis datur.

§. 3.

Competit aduerſus quemuis poſſeſſorem, vel verum, vel fictum. Fictus, ex doloſa vel aſſertione vel deſertione poſſeſſionis, eſt iudicandus.

§. 4.

Principalis finis eſt, *vt res cum omni cauſa, ſiue acceſſionibus reſtituantur,* R. V. Finis. §. 4. 5.
minus principalis,

a. *ad fructus reſtituendos.*
Bonae fidei poſſeſſor ante litis conteſtationem exſtantes tantum, non conſumtos, hodie tamen etiam illos, quatenus locupletior factus; poſt litis conteſtationem, etiam percipiendos,

Malae fidei poſſeſſor omnes, exſtantes, conſumtos, perceptos et percipiendos reſtituit,

b. *ad damna reſarcienda.*

Bonae fidei poſſeſſor ante litis conteſtationem, damna licet culpa data, haud praeſtat. Poſt litis conteſtationem culpam praeſtat, non caſum fortuitum.

Malae fidei poſſeſſor, tam culpa quam caſu data damna, reparare tenetur.

§. 5.

Fictus poſſeſſor in aeſtimationem rei condemnandus eſt; quod non vbique obtinet.

§. 6.

Fundament. R. V. §. 6. 12.

Fundamenta ſunt:

1. ratione actoris *dominium conſtitutum*,
2. ratione rei *poſſeſſio*.

§. 7.

Dominium probaturus tam titulum, quam modum acquirendi dominii, probare tenetur.

§. 8.

Diſtinguendi autem ſunt caſus acquiſitionis dominii. Igitur ſi expreſſa voluntate actu inter viuos ſit conſtitutum,

1. *auctoris titulus* ac *modus*,
2. *ipſius actoris titulus* ac *modus*,

in probationem venit. Et iure quidem *Saxonico* et *Brunſuicenſi* in immobilibus ad modum acquirendi, iudicialis traditio requiritur.

§. 9.

§. 9.

Si expreſſa voluntate, actu autem mortis cauſa conſtitutum dicit actor, tunc

1. *titulum ac modum teſtatoris,*

2. *vltimam voluntatem,* qua ipſi legatum, fideicommiſſum particulare, mortisue cauſa aliquid relictum eſt, probabit, non vero modum, cum traditio lege ſuppleatur.

§. 10.

Si tacita voluntate per praeſcriptionem comparatum dominium, ex requiſitis praeſcriptionis probandum erit, atque igitur,

1. *titulus,*

2. *traditio,*

3. *tempus legitimum,*

in probationem veniunt, reliqua requiſita praeſumuntur, neque hoc in caſu Iur. Sax. iudicialis traditio eſt neceſſaria. *Dec. El. Nov. 1. de Ao. 1746.*

§. 11.

Poſſeſſione negata, pariter actori probatio incumbit, atque vel *corporalis poſſeſſio,* vel *actus, poſſeſſionis exercitium demonſtrantes,* probari debent.

§. 12.

Reus per mendacium poſſeſſionem negans, et de eo conuictus, ſtatim poſſeſſione priuatur. *L. f. ff. de R. V. Ord. P. Sax. Rec. ad Tit. 16. §. 3.*

§. 13.

De compet. foro. Quod competentiam fori, durationem et tranſitionem ad heredes attinet, generalia de actionibus realibus, ſupra commemorata, applicentur.

§. 14.

Poena vero inficiationis propter negatam a defuncto poſſeſſionem, contra heredes locum non invenit; cum poena delinquentium perſonas non egrediatur.

§. 15.

Except. R. V. oppon. Exceptiones ſequentes opponi poterunt:

1. *deficientis auctoris dominii,*
2. *deficientis iuſti tituli,*
3. *deficientis traditionis iudicialis,* Iure Saxon. et Brunſuic. in immobilibus,
4. *praeſcriptionis interruptae,*
5. *rei iudicatae,*
6. *dominii reo competentis,*
7. *rei venditae et traditae,*
8. *rei iam vſucaptae,*
9. *doli mali generalis,*
10. *fructuum vſucaptorum, conſumtorum.*

Forma

Forma Libelli.

Klaget kürzlich, welchergeſtalt Beklagter einen goldenen Becher, auf deſſen einer Seite Klägers Familien-Wapen, ſo einen wilden Mann zum Sinnbilde hat, nebſt der Jahrzahl 1736. und auf der andern Seite ein Bergwerk von erhabener Arbeit vorgebildet iſt, mit der Ueberſchrift: Glückauf Steiger! welcher Klägern eigenthümlich zuſtehet, beſitzet, und ſolchen an Klägern zu extradiren ſich verweigert. Dahero Kläger zu klagen genöthiget worden, fordert Einlaſſung und Antwort, (auch Exhibition des Bechers, ſo Beklagter beſitzet,) und bittet nach deren Erfolg zn erkennen:

**Daß Beklagter den libellirten Becher Klägern auszuantworten, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu verſtatten ſchuldig.**

## SECT. I. CAP. II.

### MEMBR. II.

### DE ACTIONE PVBLICIANA.

§. 1.

Action. Public. indoles. §. 1-4.

PVBLICIANA ACTIO eſt *praetoria realis, quae datur illi, qui rem non vitioſam, a non domino, bona fide et iuſto titulo accepit, eamque caſu amiſit, aduerſus infirmiori iure poſſidentem, ad rem nondum vſucaptam tamquam vſucaptam reſtituendam.*

§. 2.

DIRECTA datur *ei, qui in vſucapiendi conſtitutus fuit conditione*, vt ſi rem legitimo adhuc tempore poſſediſſet, vere vſucapere potuiſſet.

VTILI actione etiam ipſi domini experiuntur, tamquam fictos dominos ſe tantum gerentes.

§. 3.

Competit *contra infirmiori iure poſſidentem*, qui ſcil. nullo iuſto titulo poſſidet, et in mala fide eſt.

§. 4.

Ergo contra aeque firmo iure poſſidentem non datur, multo minus contra ipſum dominum, niſi in caſu *L. 4. §. 32. ff. de doli mali exc.*

§. 5.

§. 5.

Finis huius actionis idem eſt, qui in rei vindicatione.

§. 6.

Duo huius actionis ſunt fundamenta: de fundam. A. P. §. 6-8.

1. ratione actoris, *fictum dominium, ex ficta uſucapione oriens,*
2. ratione rei, *poſſeſſio infirmiori iure.*

§. 7.

Primum requiſitum probaturus, probabit

1. iuſtum titulum,
2. traditionem factam.

Bona fides, et res non vitioſa praeſumuntur; legitimum tempus fingitur a Praetore.

§. 8.

Alterum requiſitum probatur per poſſeſſoris malam fidem, et iniuſtum titulum.

§. 9.

Quod competentiam iudicis, durationem et tranſitionem ad heredes attinet, generalia de actionibus realibus adplicanda ſunt. de compet. fori.

§. 10.

Sequentes exceptiones opponi poſſunt: Except.

1. *deficientis iuſti tituli,*
2. *malae fidei,*
3. *rei vitioſae,*
4. *rei nondum traditae,*

5. *poſſeſſionis iuſtae,*
6. *dominii competentis,*
7. *renunciationis.*

Forma Libelli.

Kläger bringet klagend an, welchergeſtalt er von Caio ein Diamanten-Kreutz mit Rauten, worinnen 10 große und 20 kleine Rauten gefaſſet, vor 100. Rthlr. gekauft und tradirt bekommen, auch ſolches länger als ein halb Jahr beſeſſen. Nachdem aber Klägern ſolches abhanden kommen, und Beklagter ſolches beſitzet, auch ohnerachtet er weder iuſtum titulum noch ſonſt einiges Recht daran hat, es Beklagter in Güte heraus zu geben ſich verweigert: als iſt Kläger zu klagen genöthiget worden, fordert ꝛc.

**Daß Beklagter das libellirte Diamanten-Kreutz Klägern auszuantworten, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

## SECT. I. CAP. II.

### MEMBR. III.

### DE ACTIONE RESCISSORIA.

§. 1.

RESCISSORIA ACTIO eſt realis praetoria, quae datur *laeſo, ob abſentiam aduerſarii, quamuis, ſuam vero laudabilem, aut neceſſariam, indifferentem, aliamue iuſtam cauſam, aduerſus quemuis poſſeſſorem, ad rem vſucaptam tamquam non vſucaptam reſtituendam.* de indole A. R. §. 1-17.

§. 2.

Hac actione illis tantum opus eſt, *qui ob impedimenta facti laeſi ſunt per praeſcriptionem;* nam in impedimentis iuris hoc auxilium non datur, cum illis nec iure ciuili currat praeſcriptio.

§. 3.

Haec actio aliquando perſonalis eſt, et huc non pertinet, ſi ſcilicet ob abſentiam iuri perſonali tantum praeſcriptum ſit.

§. 4.

Datur laeſo

1. *ob abſentiam,*
2. *ob aliam iuſtam cauſam.*

§. 5.

Laeſus ille dicitur, *qui* vel, *quod habuit, amiſit*, vel, *quod adquirere potuiſſet, omiſit.*

§. 6.

§. 6.

Primo de abſentia eſt agendum. Intelligitur autem extraordinaria, non ordinaria abſentia. Tres ſunt caſus in reſtitutione ob abſentiam:

1. *ſi praeſens contra abſentem,*
2. *ſi abſens contra praeſentem,*
3. *ſi abſens contra abſentem reſtitutionem petat.*

§. 7.

Si praeſens contra abſentem reſtitutionem petat, eadem datur, qualiscumque ſit abſentia, modo abſens non reliquerit procuratorem; hoc enim caſu, culpa ei, cuius res vſucapitur, poſſet imputari, quod contra procuratorem non egerit.

§. 8.

Iure Codicis aliud remedium in *L. 2. C. de annal. except.* eſt introductum, *quo currens adhuc praeſcriptio, proteſtatione apud competentem iudicem interpoſita, interrumpitur.*

§. 9.

Proteſtatio haec ſequenti forma excipi poteſt.

P. P.

Ew. Hochwohlgbl. Excellenz, Hochwohlgebl. und Hochedelgebl. Herrn. werde vorzuſtellen genöthiget, welchergeſtalt ich von Sempronio gegen ein Pfand von einer gol-

goldenen Repetir-Uhr mit 12 Rauten beſe-
tzet, 100. Rthlr erborget; Nachdem aber gedachter Sempronius verſtorben, und ich von deſſelben hinterlaſſenen Erben Gregorio bey Wiederbezahlung des erwehnten Darlehns an 100. Rthlr. ſothanes Pfand wiedergefordert, habe erfahren müſſen, daß derſelbe die Uhr an Stichum, als Sächſiſchem Major, bey dem Graubinder Regiment, verkauffet. Wenn ich denn des Eigenthums mich an gedachter Uhr zu begeben nicht gemeinet, mir aber, in Anſehung, daß gedachter Herr Major Stichus in Campagne gegangen, und ſeiner Affairen halber nicht zulänglich Vollmacht hinterlaſſen, ich auch nicht wiſſen kann, wo er gegenwärtig ſich aufhalte, die Verſährungs-Zeit zu befürchten iſt; als will hierdurch nach Maßgebung des L. 2. C. de annal. except. wider Ablauf ſothaner Praeſcription feyerlichſt proteſtiren, und mir mein daran zuſtehendes Eigenthum et quaeuis iura competentia per expreſſum vorbehalten; Es ergehet demnach an Ew. ꝛc. mein gehorſamſtes Bitten, gegenwärtige Proteſtation ad Protocollum zu nehmen, und mir darüber einen Recognition-Schein hochgeneigt ausſtellen zu laſſen, verharrend

Ew. ꝛc.

Leipz. dat. & an. gehorſamſter

c. Ioh. Ulpianus. Cuiacius.

§. 10.

§. 10.

In atteſtato iudicis exprimendum eſt,

1. *quis proteſtatus ſit,*
2. *contra quem,*
3. *ex qua cauſa,*
4. *quando,*
5. *coram quo.*

Formula des Recognition-Scheins.

Nachdem Cuiacius allhier unter N. N. a. c. wider Herrn Stichum, Major bey dem Graubinder Regimente, ein Proteſtation-Schreiben, wegen einer ihm eigenthümlich zuſtehenden goldenen Uhr mit 12 Rauten beſetzet, ſo gedachter Herr Stichus, welcher abweſend iſt, beſitzen ſoll, ad effectum interrumpendae praeſcriptionis, übergeben, und ſolches ad Protocollum gebracht worden; Als wird ihm hierüber gegenwärtiger Recognition-Schein ertheilet. Geben

d. & a.

Ober-Hoff Richter
und
Beyſitzer.

§. 11.

Hoc remedium tamen *L. 2. C. de annal. except.* reſtitutionem praetoriam ex capite abſentiae non ſuſtulit; ſed eſt potius in arbitrio conſtitutum, num hoc modo interrumpere praeſcriptionem aut, hoc omiſſo, reſtitutionem petere velit. Vide de hoc argumento D. HARTMANNI Hamburg. *epiſt.* *gra-*

*gratul.* ex collegio meo diſputatorio ad WINCKLERVM pro gradu diſputantem exaratam, vbi omne punctum huius controuerſiae ſcite diſcuſſum intelligis.

§. 11.

Si abſens contra praeſentem reſtitutionem petit, omnis abſentia ſufficit, ſi excipias abſentiam voluntariam vituperabilem.

§. 12.

Sequenti tamen ratione limitandum hoc eſt:

1. *ſi abſens reliquit procuratorem, non reſtituitur*, niſi procurator non ſit ſoluendo,
2. *ſi non reliquit procuratorem, abſenti*, ob negligentiam in eo conſtituendo, *non ſuccurritur*, niſi
   - a. *inuenire neminem potuerit*, qui procuratoris officium ſuſcipere potuerit, aut
   - b. *niſi remiſſa haec negligentia ob curam publicam*, v. c. in abſentia laudabili voluntaria et neceſſaria, aut
   - c. *ſi praeuidere abſentiam non potuerit*, vt in neceſſaria indifferenti.

§. 13.

Tertius caſus eſt, ſi abſens contra abſentem reſtitutionem petat, *L. 39. ff. ex quib. cauſ. mai. 25. ann.* Sed hic nihil ſingulare obtinet, modo quae diſperſim in prioribus caſibus expoſita, in hoc coniungamus.

§. 14.

Praeter abſentiam Praetor ex clauſula generali: *ſi quae iuſta cauſa videbitur*, reſtituit. Caſus vero ſequens regula includit:

*Quoties laeſo per praeſcriptionem nec dolus, nec culpa imputari poteſt, toties iuſta reſtitutionis adeſt cauſa.*

§. 15

Quaeritur: *an ignorantia iuris reſtitutioni cauſam praebeat?* De qua controuerſia ita ſentias:

1. *in praeſcriptionibus temporalibus*, ſcil. quae non ſunt longi aut longiſſimi temporis, *iuſta et probabilis ignorantia reſtitutionem parit.* Vid. exempla *L. 2. ff. de in integr. reſtit. L. 15. §. 5. ff. quod vi aut clam. L. 31. §. 22. & 23. ff. de Aedil. ed. L. 8. §. f. ff. de inoff. teſtam.*
2. Iure Sax. idem in his caſibus et in *praeſcriptione annali, ſex ſeptiman. et trium dierum* obtinet.
3. In praeſcriptione longi vel longiſſimi temporis ignorantia non prodeſt. *L. f. in f. C. de praeſcript. vel temp. L. 3. C. in f. de praeſcr. 30. ann.*
4. Iure Sax. idem obtinet in praeſcriptione 31. ann. 6. ſeptim. et 3 dier. *P. 2. Sonſt. El. 9.*

§. 16.

§. 16.

Datur haec actio reſciſſoria aduerſus quemcumque poſſeſſorem, qui alias exceptione praeſcriptionis munitus eſt.

§. 17.

Tendit Finis A. R.

1. *ad reſciſſionem vſucapionis,*
2. *ad reſtitutionem rei, vel iuris, cum acceſſionibus et fructibus,*

§. 18.

Fundamentum eſt reſtitutio in integrum, et ficte a Praetore retentum ius, quod praeſcriptione exſtinctum erat. Requiritur ergo: Fundament. A. R.

1. *ius actoris laeſum, ſi nempe* vel *amiſerit, quod habuit,* vel *omiſit, quod acquirere potuit,*
2. *iuſta reſtitutionis cauſa,*
3. *quod reus rem poſſideat.*

Et haec quidem requiſita, negante reo, omnia ſunt probanda.

§. 19.

Competens iudex, ſi actio realis conſideratur, tam rei ſitae, tam domicilii iudex. Quatenus vero eſt perſonalis, forum rei ſitae ceſſat.

§. 20.

Durat per quadriennium *L. f. C. de tempor. in integr. reſtit.* atque hoc tempus *ratione initii* eſt vtile, vnde non currit, niſi a tempore Quamdiu duret.

 ſub-

ſublati impedimenti, *ratione curſus* vero eſt continuum. *L. vlt. §. 1. C. de tempor. in integr. reſt.*

§. 21.

Ad heredes ita tranſit vti aliae actiones reales.

§. 22.

De exception. oppon.

Exceptiones ſequentes conſiderabuntur

1. *deficientis laeſionis,*
2. *deficientis iuſtae cauſae,*
3. *abſentiae voluntariae vituperabilis,*
4. *procuratoris ex negligentia non conſtituti,*
5. *ſcienter inhabilis procuratoris electi,*
6. *praeſcriptionis validae,*
7. *praeterlapſi quadriennii.*

Forma Libelli.

Klaget kürzlich, was maßen er über 36 Jahr in der Türkey gefangen gehalten worden, und mitlerweile Klägers leiblicher Bruder N. N. mit Tode abgegangen, deſſen Erbſchaft Klägern als näheſtem Erben ab inteſtato zugefallen. Nachdem aber Beklagter, als des obgedachten Erblaſſers Bruders Enkel ſich inzwiſchen der Erbſchaft angemaßet, auch annoch beſitzet, derſelbe aber nach Klägers Zurückkunft aus der Gefangenſchaft ſothane Erbſchaft, unter dem Vorwand einer Verjährung, an Klägern abzutreten, ſich verweigert, dieſe Verjährung aber in

Er-

Erwegung Klägers Abweſenheit, nach welcher demſelben das beneficium reſtitutionis in integrum zu ſtatten kommt, denen Rechten nach nicht beſtehen kann. Als iſt Kläger zu klagen genöthiget worden; fordert ꝛc.

**Daß die vorgeſchützte Verjährung denen Rechten nach, vor beſtändig nicht zu achten, dahero Beklagter die libellirte Erbſchaft vermittelſt eines richtigen Inventarii oder in deſſen Ermangelung, einer eydlichen Specification Klägers cum fructibus perceptis et percipiendis auszuantworten, auch alle verurſachte Schaden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

## SECT. I. CAP. II.

### MEMBR. IV.

### DE ACTIONE PAVLLIANA.

§. 1.

De act. Paul. indole. §. 1 — 4.

PAVLLIANA ACTIO eſt Praetoria *realis, quae datur creditoribus, conſilio et euentu per alienationem debitoris defraudatis, aduerſus poſſeſſorem, ad rem alienatam, tamquam non alienatam, cum fructibus reſtituendum.*

§. 2.

Haec actio inter reales quidem refertur, ſed poteſt etiam perſonalis eſſe. Praetor enim hoc ius creditoribus reſtituit, quod debitor habuit. Quodſi itaque ius perſonale tantum v. c. debitum, debitori in fraudem remiſerit, actio haecPaulliana alia, quam perſonalis eſſe nequit.

§. 3.

Datur *creditoribus*. Sed hodie plerumque *curator bonorum* legitime conſtitutus agit.

§. 4.

Datur *contra quemcumque poſſeſſorem*, quatenus eſt realis, qui tamen, cum oneroſo titulo acquiſiuit, fraudis particeps eſſe debet. Si vero lucratiuo titulo accepit, indiſtincte ad reſtituendum tenetur. *L. 6. §. 11. ff. de his quae in fraud. credit. L. 2. §. 5. c. eod.*

§. 5.

§. 5.

Quatenus vero perſonalis eſt, tantum *contra perſonam obligatam* competit.

§. 6.

Finis eſt:

1. *ad rem alienatam reſtituendam*, ſine pretii refuſione, niſi in bonis debitoris adhuc exſtet. Donatarius tantum tenetur, quatenus tempore motae actionis locupletior exiſtit.
2. *ad fructus perceptos et percipiendos.* Donatarius de perceptis tantum tenetur, niſi fraudis particeps ſit.
3. *ad damna reſarcienda.* Ad quae donatarius, qui in bona fide eſt, tunc demum obſtringitur, ſi poſt litis conteſtationem damna culpa dederit.
4. *ut reſtituatur cum omni reliqua cauſa.*

§. 7.

Generale fundamentum eſt *fictum dominium*, *quo*, debitore non ſoluendo exſiſtente, *creditores Praetor dominos fingit bonorum debitoris.* De fundam. A. P. §. 7-16.

§. 8.

Requiritur igitur,

1. *ut aliquid a debitore ſponte alienatum ſit.*

Obſeruat. 1.

Si debitor lucrum tantum, quod acquirere poterat, v. c. hereditatem, omiſerit, Paulliana actio non datur. *L. 6. §. 2. ff. de his quae in fraud. credit.*

Obſeruat. 2.

BRVNNEMANNVS *ad hanc legem*, eam reſtringit ad deferendam hereditatem *ſi ille nondum mortuus, cuius hereditati renunciauit*, ſi vero *per mortem delata iam hereditas*, locum facit Paullianae actioni. Eamque ſententiam BERGER *in Reſol. LL. obſt. ad h. t.* receptam dicit.

Obſeruat. 3.

SCHILTERVS in *Exercitat. ad h. t.* tam ſi deferendae, quam ſi delatae hereditati ſit renunciatum, obtinere Paullianam, aſſerit. Cui ſententiae in Saxon. aſſiſtit *El. 25. de Ao. 1746.*

§. 9.

Requiritur

2. *vt alienatio inſtante vel moto concurſu ſit facta.*

Obſeruat. 1.

Leges ciuiles hoc explicant, ſi vel bona poſſeſſa ſint a creditoribus, vel ſolutionem vrſerint. Hodie vero, ſi edictales citationes affixae tempore alienationis iam fuerint.

Ob-

Obſeruat. 2.

Si praeceptum de non alienando inſinuatum fuerit debitori & poſtea alienauerit, alienatio eſt nulla, adeoque Pauliana actione opus haud eſt. Sed datur rei vindicatio.

§. 10.

Requiritur

3. *vt debitor defraudandi conſilium habuerit*, id quod libello expreſſim eſt adiiciendum.

§. 11.

Raro hoc requiſitum per teſtes aut documenta probabitur, quare plerumque iuramentum deſuper eſt deferendum, eamque ob cauſam creditores plerumque nullum fructum ex actione Paulliana ſentient. Meam ſententiam in *Diſſert.* mea *de actione Paulliana* expoſui, quae eo redit, *quod creditores huius requiſiti probatione non indigeant*, cum praeſumtio ſcientiae patrimonii et debitorum contractorum, praeſumtionem fraudis in alienatione excitet. In qua *Diſſ.* ſimul *Nouiſſ. all. Dec. El.* mecum conuenire docui.

§. 12.

Requiritur

4. *vt euentu creditores ſint defraudati.*

§. 13.

Hoc requiſitum omnino probatione indiget, inuentarioque confecto, taxatisque bonis debitoris, facile demonſtrabitur.

§. 14.

Requiritur

5. *ut reus* vel *titulo lucratiuo rem alienatam poſſideat*, vel *poſſeſſor fraudis particeps fuerit.*

§. 15.

Sufficit autem, ratione fraudis poſſidentis, probari, *quod tempore acquiſitionis ſciuerit, alienantem non eſſe ſoluendo.* Si vero titulo lucratiuo poſſideat, plane nulla fraudis probatio neceſſaria eſt. De qua re, quidque ſecundum *Dec. El. Nouiſſ.* obtineat, latius diſſerui *in alleg. Diſſ.*

§. 16.

Si tamen ex creditoribus quis rem alienatam titulo oneroſo acquiſiuerit, haec actio non dabitur, niſi, praecepto de non alienando iam inſinuato, vel concurſu per edictalium affixionem moto, rem comparauerit. Quo tamen in caſu priori mallem rei vindicationem creditoribus tribuere, ob deficientem alienandi facultatem.

§. 17.

De competentia Iudicis.

*Competens iudex* in hac actione eſt, quatenus eſt realis, tam *rei ſitae*, quam *domicilii*; quatenus vero inter perſonales refertur, *iudex* tantum *domicilii.* Nequaquam vero in foro contractus agi poteſt, cum ad reſcindendum contractum tendat.

§. 18.

§. 18.

Durat haec actio, ſi titulo oneroſo alienatio eſt facta, per annum, a tempore alienationis intellectae computandum. *L. 16. §. 18. ff. de his, quae in fraud. cred.* Si vero titulo lucratiuo reus poſſideat, perpetuo datur. *L. 10. §. 24. eod.*

§. 19.

Ad heredes creditorum ſine dubio actio Paulliana tranſit. Sed heredes poſſeſſoris non aliter tenentur, quam quatenus locupletiores exiſtunt.

§. 20.

Exceptiones ſequentes obiici poterunt: Except. oppon.

1. *deficientis conſilii defraudandi,*
2. *bonorum debitoris ſufficientium,*
3. *deficientis fraudis poſſeſſoris,*
4. *rei exſtinctae, conſumtae, poſſeſſoris non locupletioris exſiſtentis,*
5. *alae emtae,*
6. *quod quilibet creditor ſibi vigilare poſſit,*
7. *praeſcriptionis.*

Forma Libelli.

Kläger Pamphilus als zu Caii Credit-Weſen beſtätigter Curator bonorum an einem

contra

Titum, Bekl. andern Teils.

Bringet klagend an, welchergeſtalt Caius als jetziger debitor communis, ohnerachtet ihm wohl

wol bewuſt geweſen, oder ſeyn können, wie ſein Vermögen zu Abtragung ſeiner ſämtlichen Schulden nicht zulänglich ſey, den meiſten Teil ſeines Vermögens, beſonders aber ſein ſämtliches Geſchmeide und Silberwerk, ſo in denen in beigehenden Specification enthaltenen Stükken beſtanden, an Bekl. um ſeine Creditores zu hintergehen verſchenket, Bekl. auch ſothanes Geſchmeide und Silberwerk noch bis dato beſitzet: Wann aber zur Zeit der geſchehenen Verſchenkung der Concurs zu Caii Vermögen bereits entſtanden und die edictales affigirt geweſen, auch nachdem nunmero alles übrige Vermögen deſſelben ad maſſam concurſus gebracht worden, ſich veroffenbaret, daß ſolches zu Bezalung derer ſämtl. Schulden keinesweges hinreichend iſt, mithin die *Creditores* durch des *debitoris communis* an Bekl. geſchehene Verſchenkung augenſcheinlich *defraudir*et worden, und dahero die unternommene Veräuſerung denen Rechten nach nicht beſtehen kann; Als iſt ꝛc. ꝛc. fordert ꝛc.

Daß Beklagter das *libellir*te und in der *Specification ſub* ⊙ enthaltene Geſchmeide und Silberwerk nebſt allen verurſachten Schaden und Unkoſten *ad maſſam* des zu *Caii* Vermögen entſtandenen *Concurſus* zu verſtatten ſchuldig.

SECTIO

# SECT. I. CAP. II.

## MEMBRVM V.

## DE ACTIONE CONFESSORIA.

§. 1.

CONFESSORIA ACTIO ciuilis et realis eſt, *quae datur illi, qui ſibi, vel ſuo praedio ſeruitutem aſſerit, aduerſus quemuis turbantem, ad ſeruitutem declarandam, et vt reus a turbando deſiſtat, cautionem de non amplius turbando praeſtet, damnaque per turbationem data reſarciat.* De indole A. C. §. 1-6.

§. 2.

Datur illi, *qui* vel *ſibi* (in ſeruitute perſonali) vel *ſuo praedio* (in ſeruitute reali) *ſeruitutem aſſerit.*

§. 3.

Hinc in facti ſpecie enarranda ſequentia notes:

1. *ſubiectum ſeruiens et dominans accurate eſt definiendum*, ratione loci, ſitus et vicinorum quandoque.
2. *qualitas ſeruitutis ita exprimatur*, vt intelligi poſſit, *quam*, *qualem*, *quantamque aſſerat ſeruitutem.*
3. ſi ſeruitutem realem praetendit, adiiciendum eſt, *quod* vel *iure dominii*, vel *alio iure in re poſſideat praedium dominans.*

§. 4.

§. 4.

*Competit haec actio contra quemuis turbantem*, ſiue dominus praedii ſeruientis ſit, ſiue non.

§. 5.

In facti ſpecie exprimas

1. *quis turbauerit*,
2. *quo modo.*

Factum vero turbatiuum ita comparatum eſſe debet, *vt appareat*, *actorem in exercitio ſeruitutis* vel *in totum*, vel *pro parte impediri.*

§. 6.

Fines huius actionis ſunt,

1. *vt declaretur*, *ſeruitutem actori competere.*
2. *vt reus a turbando deſiſtat*, et cautionem de non amplius turbando praeſtet.

Hodie ſententia ad cautionem reus condemnari non ſolet, ſed loco eius pronunciatur; daß er ſich aller fernern turbation bei 20. Thlr. Strafe zu enthalten ſchuldig.

3. *ad omne intereſſe praeſtandum*, ratione fructuum et damnorum, it. alles wieder in vorigen Stand zu ſetzen.

§. 7.

§. 7.

Fundamenta huius actionis duo conſtituuntur, De A.C. fundam. & el. prob. § 7—15.

1. *ſeruitus conſtituta,*

2. *turbatio a reo ſuſcepta in exercitio ſeruitutis.*

§. 8.

Actore ſeruitutem realem ſibi in actione aſſerente, vel dominium vel aliud ius in re, quo praedium dominans poſſidet, demonſtrare debet. Sufficit autem, *ſi poſſeſſionem probauerit*, ex qua praeſumtio dominii oritur, vsque dum probetur contrarium.

§. 9.

Probatio ſeruitutis conſtitutae non requiritur, ſi ſeruitus a lege conſtituta eſt. Neceſſaria autem eſt, ſi ſeruitus ab homine, vel iudice, vel priuato ſit conſtituta, reusque litem negatiue conteſtetur.

§. 10.

*Seruitus a iudice conſtituta*, probatur *per decretum, quod tranſiit in rem iudicatam.*

§. 11.

In probatione ſeruitutis a priuato conſtitutae, reſpiciendum eſt, an *expreſſa*, vel *tacita voluntate*, an *actu inter viuos*, aut *mortis cauſa acquiſita ſit?*

§. 12.

§. 12.

Probaturus, quod expreſſa voluntate, actu inter viuos ſeruitus ſit conſtituta, in probatione deducat,

1. *titulum* ſ. *pactum*,
2. *quaſi traditionem*, *per exercitium et patientiam.*
3. Iure Saxon. in immobilibus *iudicialem confirmationem. Dec. El. 61.*

§. 13.

Si actu vltimae voluntatis conſtitutam ſeruitutem probare cupit, per *teſtamentum*, aut *codicillum validum ſuſcipitur.* Quaſi traditio hic non eſt neceſſaria, niſi excipias vſumfructum.

§. 14.

Si vero praeſcriptam ſeruitutem praetendat, in probationem venit,

1. *actus ſeruitutem demonſtrans*,
2. *tempus legitimum*, quod Iure Saxon. eſt 31. ann. 6. ſept. et 3. dier.

§. 15.

Quod turbationis probationem attinet, haec attendat actor:

1. *vt tale factum turbatiuum adducat, quod ſeruitutis liberum exercitium impedit.*
2. *non aliud factum turbatiuum probet, quam quod libello eſt inſertum,*

3. *tem-*

3. *tempus facti turbatiui curate exprimat,* potiſſimum, ſi praeſcriptione ſeruitus acquiſita ſit.

§. 16.

Quoad competentiam iudicis, actionis durationem et tranſitionem ad heredes, generalia de actionibus generalibus repetas. de compet. iudicis.

§. 17.

Exceptiones ſunt: Exceptiones oppon.

1. *deficientis dominii,*
2. *competentis libertatis naturalis,*
3. *remiſſionis,*
4. *ſeruitutis ad tempus conſtitutae, temporisque elapſi,*
5. *per non vſum* ſeruitutis, *vel factum contrarium exſtinctae,*
6. *ſeruitutis per abuſum amiſſae,*
7. *confuſionis* ſ. *conſolidationis,*
8. *ſeruitutis per interitum totalem fundi exſtinctae,*
9. *conſtituens non fuit dominus,*
10. *reſoluti iuris conſtituentis,*
11. *vltimae voluntatis inualidae,*
12. *precario, clandeſtine, violente exercitae ſeruitutis,*
13. *praeſcriptionis interruptae,*

14. *deficientis temporis legitimi,*
15. *reſtitutionis in integrum.*

Forma libelli.

Klaget kürzlich, daß obwol Kläger als Beſitzer des Guts zu N. vermöge eines aufgerichteten und gerichtlich confirmirten Vergleichs berechtiget, auf die zwiſchen N. und N. gelegenen ſo genannten Mogiſchen Wieſen, ſo zu Beklagten Gute in Konnewitz gehören, ſein Vieh zu treiben, und zu weiden, auch ſolche Gerechtigkeit bis anhero geruhig exerciret; Beklagter ſich dennoch am 1. Febr. a. c. unterſtanden, aus der libellirten Wieſe einen Teich machen zu laſſen, und Kläger dadurch in der libellirten Seruitut zu beeinträchtigen; Wann denn Beklagter in Güte davon nicht abſtehen will; Als ꝛc. fordert ꝛc.

Daß Kläger als Beſitzer des Gutes zu *N.* ſein Vieh auf die *libell*irten Mogiſchen Wieſen zu treiben und weiden zu laſſen wol befugt, dahero Beklagter die *libell*irte zu ſeinem Teich gemachte Wieſe in vorigen Stand zu ſetzen, aller fernern *turbation* bei 20. Thlr. Strafe ſich zu enthalten, auch alle verurſachte Schaden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

## SECT. I. CAP. II.

### MEMBR. VI.

# DE ACTIONE NEGATORIA.

§. 1.

NEGATORIA ACTIO ciuilis et realis eſt, *quae datur domino, qui fundum ſuum liberum eſſe aſſerit, aduerſus eum, qui ſeruitutem praetendit, ad fundum liberum a ſeruitute declarandum, et vt reus a turbando deſiſtat, cautionem de non amplius turbando praeſtet, et damna per turbationem data reſarciat.* de indole A. N. §. 1—6.

§. 2.

Datur *domino, qui fundum ſuum a ſeruitute liberum praetendit.* Vtilis tamen actio etiam *illis datur,* qui *alio iure in re poſſident fundum.*

§. 3.

Expedit ſtatim *demonſtrationem dominii libello addere,* alias enim, reo dominium negante, interlocutoria ſententia fertur:

**Daß Kläger vor allen Dingen das Eigenthum des *libellirten* Gutes zu beweiſen ſchuldig.**

§. 4.

Datur *contra eum, qui ſeruitutem praetendit,* et hoc modo actorem turbat in libertate naturali. Quam ob cauſam *actus ſpecifice eſt*

 *expri-*

*exprimendus*, vt appareat, quod ſit ſeruitute vſus.

§. 5.

Vtilis quoque actio *contra illum competit*, *qui praeter ius ſeruitutis*, *aliud ius ſingulare praetendit*. v. c. ius braxandi (intra milliare in terris Saxon.), ius patronatus, iurisdictionis, eine freye Stube bei denen Balbierern.

§. 6.

Finis actionis eſt

1. *vt fundus liber declaretur*, e. gr. daß Verklagter auf Klägers libellirten Wieſe mit beladenen Wagen zu fahren nicht befugt.
2. *vt reus a turbatione deſiſtat* et cautionem de non amplius turbando praeſtet. Hodie vero eius vice petitur: Daß Beklagter ſich aller turbation bei — Thlr. Strafe zu enthalten.
3. *ad reſtitutionem rei in priſtinum ſtatum.*
4. *ad fructus per exercitam ſeruitutem percipiendos et perceptos reſtituendos.*
5. *ad damna reſarcienda et expenſas reſtituendas.*

§. 7.

de fundam. et ei. prob. §. 7--10.

Fundamenta huius actionis ſunt:

1. *dominium fundi*,
2. *libertas naturalis*, vel *negatio* aliquando *oneris*,

3. tur-

3. *turbatio in libertate naturali*, vel *in exercitio Iuris communis ſpecialis.*

§. 8.

Dominium, vti ſupra iam expoſitum, reo negante, eſt demonſtrandum. Libertatem vero naturalem in hac actione actor probare haud tenetur:

1. *quia in negatiua verſatur,*
2. *ob praeſumtionem libertatis naturalis,*
3. *quia ſeruitus*, aut *aliud ius ſpeciale, quod alter praetendit, facti eſt.*

§. 9.

Cum itaque in hac actione plerumque reus affirmatiue litem conteſtetur, et exceptionem ſeruitutis conſtitutae opponat, *reo iniungitur probatio* **des vorgeſchüzten Befugniſſes**, reſeruata actori reprobatione.

§. 10.

Quod ſi vero reus turbationem neget, eam actor probare tenetur. Reliqua ex generali actionum realium explicatione patebunt.

§. 11.

Exceptiones adplicari poterunt, Except. oppon.

1. *ſeruitutis conſtitutae,*
2. *priuilegii impetrati*, v. c. **daß er eine Freiſtube erlanget,**

 3. *con-*

3. *conſuetudinis introductae,*
4. *tranſactionis,*
5. *rei iudicatae.*

Forma Libelli.

Klaget kürzlich, welchergeſtalt Beklagter als Beſitzer der Mühle zu Büßritz ſich unterſtanden von Klägern, daß er ſein Korn in gedachter Mühle mahlen, und ſein Malz daſelbſt ſchroten laſſen ſolle, zu fordern, und Klägern dadurch in ſeiner natürlichen Freiheit zu turbiren. Wann dann Beklagter davon in Güte nicht abſtehen will; Als iſt ꝛc.

Daß Beklagter von Klägern, daß er ſein Korn in Beklagtens Mühle zu mahlen, desgleichen ſein Malz daſelbſt ſchroten laſſen ſolle, zu fordern nicht befugt. Dahero Beklagter ſich dießfalls aller fernern turbation bey 20. Rthlr. Strafe zu enthalten, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

SECTIO

## SECT. I. CAP. II.

### MEMBRVM VII.

### DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE.

§. 1.

NOVI OPERIS NVNCIATIO eſt *legitima prohibitio facta aedificanti*, aut *deſtruenti contra priſtinam formam in praeiudicium eius, cuius propter ius in re intereſt.* De indole N. O. N. §. 1-6.

§. 2.

Datur *omnibus illis, quorum ex iure in re intereſt, non contra priſtinam formam aedificari*, aut *deſtrui.* Quamobrem et domino, et creditoribus pignoratitiis et illis, quibus ius ſeruitutis in hoc fundo competit, in quorum detrimentum tendit aedificatio, vel deſtructio, datur.

§. 3.

Nunciatio *illi fit, qui contra priſtinam formam* aut *aedificat*, aut *deſtruit*, atque ſufficit, etiam illis nunciari, qui eius nomine in eo loco, vbi aedificatur, vel deſtruitur, praeſentes ſunt.

§. 4.

Nunciatio ſuſcipitur vel *priuatim*, aut verbis, aut factis, ſc. disiectione materiae, vel *iudicialiter.* Haec, licet hodie priuata non ſit abrogata, praeſtat, atque *petitur inhibitio iudicialis* et ſimul *ocularis inſpectio.* BERG.

*Oec. iur. L. 2. T. 6. th. 3. n. 9.* STRYK. *Vſ. Mod. ad Tit. de nou. op. nunc. §. 4.*

§. 5.

Finis eſt, vt nunciatus ſtatim ab aedificatione, vel deſtructione deſiſtat *L. 1. pr. L. 8. ſ. 4. ff. de N. O. N.* Atque ſi contemnens poſt nunciationem pergat in coepto opere, omnia redintegrare obſtringitur, ſiue iure, ſiue iniuria nouum opus conatus fuerit. *L. 20. ſ. 1.* et *L. 22. ff. eod.*

§. 6.

Hunc rigorem temperat obſeruantia, vt, iniuſtitia nunciantis manifeſte probata, reſtitutio in priſtinum ſtatum remittatur. Aliud vero obtinet, ſi cauſa dubia ſit. STRYK. *all. l. ſ. 15.*

§. 7.

de fundam. §. 7—9.

Fundamenta ſunt:

1. *quod nunciatus contra priſtinam formam aedificauerit*, aut *deſtruxerit.*
2. *nunciantis intereſſe.*

§. 8.

Iure Romano, facta nunciatione, nuncians intra tres menſes intereſſe demonſtrare debet, quo elapſo, neque probato intereſſe, nunciatus ad cautionem admittitur. *L. vn. C. de N. O. N.*

§. 9.

Iure Saxon. intra terminum Saxonicum intereſſe demonſtrare tenetur, niſi ex oculari inſpectio-

ſpectione ius nunciantis pateat. Si vero temeritas denunciantis ex oculari inſpectione appareat, iudex nunciatum ſtatim ad cautionem admittere poteſt. CARPZ. *L. 1. Reſp. 7.* BERG. *Oec. iur. p. 554.* WERNH. *ſel. Obſeru. P. 7. Obſ. 30.*

§. 10.

In hac nunciatione iudex rei ſitae competens eſt. Si vero coram iudice domicilii nuncietur, per requiſitoriales procedendum eſt.

§. 11.

Effectus durat, vsque dum inhibitio caſſetur. de effect. N.O.N. §. 11-13.

§. 12.

Ad heredes nunciantis effectus nunciationis non tranſit, multo minus ad ſucceſſores ſingulares, niſi iudicialis ſit. *L. 5. ſ. 6. ff. de N. O. N.* vid. BERGER. *Reſol. LL. obſtant. ad h. t. qu. 3.*

§. 13.

Ad heredes vero nunciati vt et ſingulares ſucceſſores effectus nunciationis tranſit. *all. ll.*

§. 14.

Exceptiones erunt exceptiones oppon.

1. *iniuſtitia nunciantis,*
2. *operis priſtinae formae conformis,*
3. *transactionis,*
4. *cautionis praeſtitae.*

Forma nunciationis.

Ew. Hochedelgebl. und Hochwl. Herrl. werde hiedurch vorzuſtellen genöthiget, welchergeſtalt Johann Streitbar ſich unterſtanden, in ſeinem in der Peter-Straße befindlichen, neben meinem eigenthümlichen Hauſe, eine Schaalwand im Hofe rechter Hand aufführen zu laſſen, auch bereits etliche Ellen mit deren Erbauung fortgefahren; Wenn mir aber als Beſitzern dieſes eigenthümlichen Hauſes die ſeruitus ne luminibus officiatur zuſtehet, und mir, wenn er in dieſem angefangenen Bau fortfahren ſollte, 4 Stuben und 2 Kammern verfinſtert werden würden; Als ergehet an Dieſelben mein ergebenſtes Bitten, gedachtem Johann Streitbar den fernern Aufbau dieſer Schaalwand vermittelſt eines poenal Mandats ſchleunigſt zu inhibiren, ſo wohl eine ocular-Beſichtigung dieſerhalb anzuſtellen, der ich mit geneigter deferirung getröſtend verharre 2c.

## SECT. I. CAP. II.
### MEMBRVM VIII.
# DE ACTIONE IN FACTVM EX INTERDICTO SALVIANO.

§. 1.

Ratione pignoris creditori pignoratitio duplex actio competit, altera *poſſeſſoria*, altera *petitoria*. — de indole A. ex I. S. §. 1—5.

Poſſeſſoria eſt haec ACTIO IN FACTVM EX INTERDICTO SALVIANO.

§. 2.

Datur ea *locatori praedii ruſtici, aduerſus colonum, qui pro mercede res oppignorauit, ad conſequendam earum poſſeſſionem.*

§. 3.

DIRECTA actio *domino praedii ruſtici, cui colonus pignus pro mercede obligauit*; VTILIS vero *omnibus creditoribus, quibus res mobiles pignori datae ſunt*, competit.

§. 4.

Directa actio tantum contra ipſum debitorem pignus poſſidentem competit. Vtiliter autem *contra tertium* conceditur, *qui ab oppignorante cauſam habet*, non contra alios tertios poſſeſſores. *L. 1. C. de Prec. et Salv. Interd.*

§. 5.

§. 5.

Finis ad poſſeſſionem conſequendam tendit, adeoque male ad declarandum hypothecarium ius dirigitur petitum, neque alternatiua petitio admittitur. STRYK. *Vſ. M. de Interd. Saluiano.*

§. 6.

de eius fundam. §. 6—8. Fundamenta in eo conſiſtunt:

1. *quod debitor illam rem nobis oppignauerit.*
2. *quod conſtituens pignus, tempore oppignorationis, poſſeſſor rei oppignoratae fuerit.* An dominus fuerit, in conſiderationem non venit in hoc poſſeſſorio iudicio.
3. *quod reus illud pignus poſſideat.*

§. 7.

Haec fundamenta probare tenetur actor. In qua probatione ſequentia obſerues:

1. *ſummaria demonſtratio* (extra Sax.) *tantum requiritur*, cum omnes poſſeſſoriae actiones ſummario proceſſu pertractentur.
2. *exceptiones iuris petitorii non attenduntur,* in ordinario non poſſeſſorio
3. *remedia ſuſpenſiua contra ſententiam admitti non ſolent,*
4. *ſi contra tertium poſſeſſorem agatur,* debitorem principalem non eſſe ſoluendo *probandum eſt.* nov: 82

§. 8.

§. 8.

Cum vero Iure Saxon. proceſſus ſummarius in O. R. App. §. 1. ſit abrogatus, et retentus tantum in poſſeſſorio ſummariiſſimo, in quo de retinenda, non vero de adquirenda poſſeſſione contenditur, facile patet, parum vtilitatis hanc actionem praeſtare, ſi ordinario proceſſu procedatur. Eamque ob cauſam plerumque ſtatim actio hypothecaria inſtituitur.

§. 9.

Iudex competens eſt, in hac actione, ratione domicilii. 7) Plerique tamen, qui hoc interdictum et inde actionem oriundam vel realem, vel minimum in rem ſcriptam eſſe aiunt, contendunt, quod etiam in foro rei ſitae inſtitui poſſit. de competentia iudicis.

§. 10.

Competit quoque per XXX. annos, cum actiones ex interdictis defluentes, atque rei perſecutoriae, ſua natura ſint perpetuae.

§. 11.

Exceptiones potiores erunt,

1. *rei a debitore tempore oppignorationis non poſſeſſae,*
2. *poſſeſſionis a debitore non acceptae,*
3. *excuſſionis,* ſi contra tertium poſſeſſorem agatur.

Forma

Forma Libelli.

Klaget kürzlich, welchergeſtalt Beklagter ihm vor zwey Jahren ſein Guth zu N. vor 250. Rthlr. jährlichen Pacht abgepachtet, und in ſelbiges 500. Stück Schaafe gebracht, ſo derſelbe zu mehrerer Verſicherung des Pachtzinſes halber zum Unterpfande eingeſetzet. Wann aber Beklagter Klägern 500. Rthlr. Pachtzins ſchuldig verblieben, und wie Kläger vernehmen müſſen, die 500. Stück Schaafe wegzutreiben vermeinet, ſo Kläger nicht geſchehen laſſen kann. Als iſt Kläger ꝛc. fordert ſummariſche Antwort:

Daß Beklagter die 500. Stück Schaaf-Vieh in Klägers Gewehr und Poſſeſſ, ſo lange, bis derſelbe wegen des rückſtändigen Pachtgeldes, und davon aufgelaufenen Intereſſen, ſo wohl derer verurſachten Schäden und Unkoſten halber befriediget, zu übergeben ſchuldig.

# SECT. I. CAP. II.

## MEMBRVM IX.

## DE ACTIONE HYPOTHECARIA.

§. 1.

HYPOTHECARIA ACTIO Praetoria eſt. Iure enim ciuili ob deficientem traditionem, hypotheca pro vero iure reali haberi haud poterat,[7] cum ius in re nuda conuentione non conſtituatur. *L. 20. C. de pact.* De indole A. H. §. 1-6.

§. 2.

Iure Practorio directa actio, SERVIANA, nempe, tantum locatori praedii ruſtici dabatur, ſed deinde vtili interpretatione omnibus creditoribus pigneratitiis eſt adplicata, et dicta QVASI SERVIANA.

§. 3.

Conceditur haec actio *tam contra debitorem, quam tertium quemuis poſſeſſorem*, cui tamen ſecundum *Nou. 4. c. 2.* beneficium excuſſionis competit.

§. 4.

Finis eſt, vt actor rem oppignoratam conſequatur, vsque dum de debito, tam ratione ſortis, quam vſurarum, ſatisfactum eſt.

§. 5.

Petitum alternatiuum, vt ſcilicet *poſſeſſor* vel *ſoluat debitum cum vſuris*, vel *actori tradat*, actionis naturae plane non conuenit, cum

cum petitum, *vt ſoluat*, ex contractu ſit, hic vero in actione hypothecaria fundamentum non conſtituit. Solet tamen libellus alternatiuum petitum continens ſuſtineri. *Condemnatoria* vero *ſententia alternatiue concipi nequit.*

§. 6.

Actione contra ipſum debitorem inſtituta, alternatiua petitio quidem rectius adhibetur, quod tamen ex natura huius actionis hypothecariae non dimanat, *ſed ex cumulatione condictionis certi ex mutuo, et actionis hypothecariae.*

§. 7.

de eius fundam. §. 7-- 16. Requiſita huius actionis ſunt:

1. *debitum principale.*
2. *ius pignoris conſtitutum,*
3. *quod reus poſſideat rem hypothecae nexu obligatam.*
4. *deditorem pi ncipalem non eſſe ſoluendo, ſi ſcil. contra tertium poſſeſſorem agitur.*

§. 8.

Si ex tacita hypotheca actio intenditur, *fundamentum*, ſiue cauſa, *ex qua leges tacitam hypothecam introduxerunt, exprimendum venit.*

§. 9.

Ratione iuris pignoris conſtituti reſpicias vtrum *tacita*, *an expreſſa* hypotheca ſit, et *tacita* quidem, cum ipſa lege inducatur, *probatione non indiget*, bene autem *expreſſa*.

§. 10.

In expreſſa hypotheca probandum:

1. *ius conſtituendi pignus*, *quod conſtituens eo tempore habuit*,
2. *quod legitimo modo hypotheca ſit conſtituta*.

§. 11.

In probatione iuris conſtituentis, dominium ipſius probandum eſt. WERNHERVS tamen *in ſel. obſ. for. P. 2. Obſ. 484.* praeſumtum dominium ſufficere contendit, ſcil. quod eo tempore ex titulo, ad transferendum dominium habili, poſſederit.

§. 12.

Iure Saxon. quoad modum conſtituendi, in immobilibus requiritur iudicialis hypotheca et quidem

1. *coram eo*, *qui inferiorem habet iurisdictionem*,
2. *competentem ratione rei ſitae*,
3. *ſi bona oppignoranda ſint cenſitica*, vel *emphyteutica*, *domini cenſus*, vel *emphyteuſeos conſenſus* quoque *eſt neceſſarius*.

vid. Landr. *L. 1. a. 8. P. 2. C. El. 23. O. P. S. V. A. 46. ſſ.* Würde es ſich auch.

§. 13.

Poſſeſſionem quod ſpectat, hoc tantum notes, quod, cum tertio poſſeſſori per *Nov. 4. c. 2.* beneficium excuſſionis competat, fundamentum in libello poni debeat, *quod debitor principalis non ſit ſoluendo.*

§. 14.

Sed ſecundum *Dec. El. Nov. 7. de anno 1746.* tertio poſſeſſori, quoad rem immobilem oppignoratam, beneficium excuſſionis amplius non competit.

§. 15.

Si poſſeſſor tertius ſciens, rem alteri oppignoratam eſſe, eam comparauerit, etiam extra Saxoniam beneficium excuſſionis ceſſare ſtatuunt. Quod, quamuis principiis Iuris demonſtrari nequeat, obſeruantia tamen receptum deprehendo. [7] Eam ob rem conſilii erit, etiam hanc poſſeſſoris ſcientiam probare, ad excludendum beneficium excuſſionis.

§. 16.

Actio haec etiam proceſſu executiuo inſtitui poteſt, modo omnia capita ex documentis conſtent.

§. 17.

§. 17.

Praeſcriptio huius actionis triplici modo conſi-deranda eſt. *Contra tertium bonae fidei poſſeſſorem* inter praeſentes decem et inter abſentes viginti annos durat. *L. 2. C. ſi adv. Cred. praeſcr. opp.* *Contra tertium malae fidei poſſeſſorem*, qui ſcilicet hypothecam ſciuit, per 30. annos datur. *L. 7. C. de praeſcr. 30. l. 40. ann.* Contra *ipſum* vero *debitorem poſſidentem rem oppignoratam*, aut eius heredes per 40. annos demum exſpirat. *L. 7. C. de praeſcript. 30.* vel *40. ann.* Haec vero de debitore poſſidente dicta de eo tantum caſu intelligas, ſi ob interpellationem creditoris omiſſam, ipſi debito principali haud ſit praeſcriptum, alias enim corruente per praeſcriptionem 30. annorum debito principali, et pignus, tamquam acceſſorium, ſimul interit. de praeſcriptione h. a.

§. 18.

Terminus a quo huius praeſcriptionis a tempore venientis diei ratione principalis debiti, computari debet.

§. 19.

Exceptiones hae ſunto: exceptiones oppon.

1. *deficientis iuris pignus conſtituendi,*
2. *conuentionis inualidae,*
3. *vltimae voluntatis nullae, ruptae, deſtitutae, irritae, inoſficioſae,*

4. *deficientis confirmationis iudicialis,*

5. *deficientis conſenſus domini directi,* vel *domini cenſus,*

6. *excuſſionis,*

7. *praeſcriptionis,*

8. {*expreſſe*|*remiſſi iuris hypothecarii,*

9. *alienationis rei oppignoratae creditoris conſenſu factae.*

10. *conſenſus in vlteriorem oppignorationem dati,* et ſic

11. *iuris pignoris tacitae remiſſionis*

12. *dbiti principalis exſtincti,*

13. *hypothecae per ſubhaſtationem neceſſariam ſublatae*

14. *hypothecae ad tempus reſtrictae.*

Forma Libelli.

Kläget kürzlich, welchergeſtalt Caius ihm die Gaſt-Nahrung ſeines Gaſthofs in der Peters-Straße des ſogenannten Trebitzer-Hofes auf 2 Jahre von Oſtern 1742. bis Oſtern 1744. vor 400. Rthlr. jährlich abgepachtet, und zu mehrerer Sicherheit ihm ſein in der Grimmiſchen Straße zwiſchen Stichi und Pamphili Hauſe gelegenes Haus, mit obrigkeitlichem Conſens zum ausdrücklichen Unterpfande eingeſetzt; Wenn aber gedachter Caius dieſes verpfändete Haus an Beklag-

Beklagten verkaufet, und demſelben gerichtlich übergeben, Kläger hingegen vom Caio die ſchuldigen 800. Rthlr. 2jähriges Pachtgeld nebſt den aufgelaufenen Intereſſen nicht erhalten, auch bey der in deſſelben Vermögen vollſtreckten Hülfe nicht mehr als 100. Rthlr. erlangen können: Als iſt Kläger wider Beklagten, als jetzigen Beſitzer des verpfändeten Hauſes zu klagen genöthiget worden, fordert Einlaſſung und Antwort ꝛc.

Daß Beklagter das libellirte, Klägern gerichtlich verpfändete Haus demſelben ſo lange bis er wegen der rückſtändigen 700. Rthlr. Pachtgeld und aufgeſchwollenen Intereſſen zu ſeiner Befriedigung gelanget, abzutreten, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig. Worauf Kläger mit ſubhaſtation ſothanen Hauſes zu verfahren gebeten haben will.

## SECT. I. CAP. II.

### MEMBRVM X.

### 4. DE ACTIONIBVS EX POSSESSIONE ORIVNDIS.

§. 1.

De act. poſſeſſ. indole. §. 1-10.

POSSESSIO eſt, *quando quis rem animo ſibi habendi tenet.* Ex quo latiſſime patet, de iis actionibus tantum, quae ex interdictis retinendae poſſeſſionis oriuntur, hic agi, non de iis, quae ex interdictis acquirendae, aut recuperandae poſſeſſionis defluunt. Poſſeſſio enim iam adquiſita, quamque adhuc tenet, ratione iuris in re requiritur.

§. 2.

POSSESSORIA ACTIO IN FACTVM ex interdictis *retinendae poſſeſſionis* deſcendens, datur *in poſſeſſione conſtituto, aduerſus quemuis turbantem, ad declarandam actoris poſſeſſionem, et vt turbans a turbatione deſiſtat, et damna per turbationem data reſarciat.*

§. 3.

Diſtinguas itaque curate poſſeſſoria et petitoria iudicia. PETITORIVM dicitur, *quando de iure lis eſt.* POSSESSORIVM vero, *quando* aut *de facto poſſeſſionis*, aut *de eius qualitate contenditur.*

§. 4.

§. 4.

In poſſeſſoriis iudiciis duae quaeſtiones in conſiderationem veniunt,

1. *an quis poſſideat in praeſenti?*
2. *quo modo poſſideat? quis*, ſcilicet, *habeat antiquiorem poſſeſſionem? an vitioſa ſit poſſeſſio* nec ne? Prior quaeſtio *in poſſeſſorio ſummariiſſimo* ſ. *momentaneo* occurrit. Poſterior vero *in poſſeſſorio ordinario.*

§. 5.

Extra Saxon. poſſeſſorium ordinarium et ſummariiſſimum ſummario proceſſu peragitur. Sed Iure Saxon. ſummarius proceſſus tantum in poſſeſſorio ſummariiſſimo obtinet. Ordinarium vero ordinario proceſſu ventilatur. Ex quo fit, quod in Saxon. raro ordinarium poſſeſſorium, ſed potius petitorium inſtituatur.

§. 6.

Quamuis interdictorum modus adplicari nequeat, vtile tamen eſt eorum cognitionem ſibi comparare. Eadem enim requiſita, quae olim ad interdicta obtinenda requirebantur, hodie fundamenti loco habenda ſunt, ſi actio in factum inſtituatur. fundamentum

§. 7.

Datur haec actio in factum poſſeſſoria *illi, qui in poſſeſſione rei* vel *immobilis* (ex interdicto VTI POSSIDETIS), vel *mobilis* (ex inter-

terdicto VTRVBI), vel *iuris* (vtiliter tum interdictis adplicatis), conſtituto.

§. 8.

Colonus quidem in praedio conducto magis detentor eſt, quam poſſeſſor, cum tamen, ratione fructuum omnino animo ſibi habendi fructus percipiat, non ambigo eum, ſi in fructuum perceptione turbetur, durante tempore locationis poſſeſſorium inſtituere poſſe.

§. 9.

Competit *contra quemuis eum in exercitio poſſeſſionis turbantem.*

§. 10.

Si quis contra totam vniuerſitatem ob turbationem agere velit, probe circumſpiciendum, an *contra vniuerſitatem*, aut *quaedam* tantum *membra acquiſiuerit poſſeſſionem?* Quo nomine ita diſtinguendum eſt.

In poſſeſſione iurium, vbi vniuerſitas tantum aliquid pati, vel omittere tenetur, ſufficit *in adfirmatiuis, actum exercitum eſſe*, v. g. daß er ſein Vieh auf der Gemeinde Wieſe mitgetrieben und ſie ſolches gelitten.

*In negatiuis* requiritur, *vt toti vniuerſitati prohibitio facta ſit, nullumque membrorum contra fecerit,* v. c. daß er der Gemeinde verbieten laſſen, ein Stück Feld nicht zu bezäunen, ſie auch ſolches nicht gethan

*In*

*In poſſeſſione* vero *iurium*† vbi ad acquieſcentiam factum requiritur, v. c. Wenn er ihm Lehnwaare zu bezahlen anſagen laſſen, *omnium factum requiritur*, alias contra illos tantum poſſeſſio acquiſita eſt, qui indictioni morem geſſerunt. vid. *Diſſert. meam de qualitate poſſeſſionis in poſſeſſorio ſummariiſſimo.*

§. 11.

Principales fines ſunt, finis

1. *vt declaretur, actori poſſeſſionem competere, et vt in ea defendatur.*
2. *ad dandas reuerſales litteras*, nemlich einen Revers auszuſtellen, daß er die unternommenen actus pro poſſeſſoriis nicht anführen wolle, und des actoris poſſeſſion agnoſciren. Quod petitum tamen magis ad ſtylum Saxon. conſuetum pertinet.
3. *vt a turbatione deſiſtat*, in foro Saxon. bey — Thlr. Strafe.
4. *vt reducat omnia in priſtinum ſtatum*, wieder in den Stand zu ſetzen, wie es tempore turbationis geweſen.
5. *ad damna per turbationem data reſarcienda.*

§. 12.

Duo potiſſimum fundamenta poſſeſſoriae actionis ſunt: de fundament. act. poſſ.

1. ratione actoris, *poſſeſſio rei*, vel *iuris, de quo agit.*

2. ratione rei, *turbatio in exercitio poſſeſſionis.*

§. 13.

de demonſtr. in act. poſſeſſ. §. 13-15.

In poſſeſſionis demonſtratione ſequentia conſideret tam actor, quam reus

1. *poſſeſſio poſſibilis eſſe debet natura et iure*, hinc

   a. *contra legem prohibitiuam*

   b. *in illis, quae conceſſione principis ſpeciali acquirenda ſunt*, poſſeſſio non valet. *vid. in Dec. El. Nov. 4. de Anno 1746.* vbi quodammodo decennaria poſſeſſio regalium contra priuatum valet.

2. Vt appareat ex demonſtratione, *quis poſſideat*, quo pateat, *an perſonale*, aut *reale ius, tamquam praedii poſſeſſor, praetendat.*

3. *Obiectum curate definiendum* tam *in libello*, quam *demonſtratione*, vt appareat, *quam, qualem, quantamque* poſſeſſionem ſibi vindicet.

4. *Actus*, in poſſeſſione demonſtranda, requiruntur *poſſeſſorio*, vel *ſummariiſſimo*, vel *ordinario, conformes.* Hinc

5. In ſummariiſſimo *nouiſſimus*, in ordinario *antiquior actus exprimatur*, eoque nomine *tempus actuum curate addendum venit.*

6. Ita-

6. Itaque actus ſint qualificati, vt ex inde pateat, *quam*, *qualem*, *quantamque* poſſeſſionem cupiat. Quae qualitas, prout poſſeſſio, quam praetendit, comparata, vel *a loco*, vel *tempore*, vel *modo*, vel *perſona* vel *aliis circumſtantiis* deſumitur.

Potiſſimum in poſſeſſione iurium probe circumſpiciendum, *an adfirmatiuum*, *an negatiuum ius ſit*. In iuribus adfirmatiuis, v. g. ſeruitute viae, *actus iuris*, *huius exercitium demonſtrans*, *ſufficit*, patientia praeſumitur, quia contradictio verbalis, vel realis facti eſt. In iuribus negatiuis, vbi rei acquieſcentia ſola omiſſione conſtat, ſufficit, *actum prohibitiuum demonſtrari*, acquieſcentia praeſumitur, vsque dum contrarium prohibitioni factum probatur.

In iuribus vero, vbi ad acquieſcentiae demonſtrationem factum acquieſcentis neceſſarium eſt, requiritur,

1. *actus prohibitiuus*, vel *indictio aliquid praeſtandi*,
2. *factum, ex quo apparet, alterum prohibitioni*, vel *indictioni morem geſſiſſe*, v. c. ſi poſſeſſionem molendini bannarii, laudemii, gabellae praeſtandae praetendat.

7. Requiritur, *vt actus ſit quietus*, neque tamen, hoc probandum eſt, ſed praeſumitur.

Per

Per O. R. tamen *App.* *ʃ.* *19.* eam ob rationem annua poſſeſſio in poſſeſſorio ſummariiſſimo, minimum eſt neceſſaria.

8. *Vnus tantum actus ad poſſeſſionem demonſtrandam ſufficit.*

9. Iure Saxon. in poſſeſſione rerum corporalium, tam mobilium, quam immobilium idem obtinet. vid. *O. R. App. ʃ. 19.*

10. *In poſſeſſione iurium continuorum vnus actus pariter ſufficit.* Vocantur autem *continua iura, quae ſemel acquiſita, ad vlterius exercitium, factum hominis non requirunt,* vt ſeruitutes, oneris ferendi, tigni immittendi, & pleraeque vrbanae.

11. *In poſſeſſione discontinuorum iurium,* ſcil. in quibus ad vlterius exercitium, factum hominis eſt neceſſarium, *tres actus requiruntur. all. O. R.* v. c. in ſeruitute viae, itineris et plerisque ruſticis ſeruitutibus, atque hi tres actus, *ratione temporis* diuerſi, *ratione qualitatis* pares eſſe debent.

12. Iure Saxonico, quoad res incorporales, annua poſſeſſio quieta requiritur, computatione a tempore primi actus facta.

§. 14.

Factum turbatiuum ita comparatum eſſe debet, *vt per illud poſſidens* vel *in totum,* vel *pro parte impediatur in poſſeſſionis exercitio.*

§. 15.

§. 15.

Eam ob cauſſam factum turbatiuum, quoad modum deſcribendum, et tempus pariter exprimendum eſt, quo intelligatur, an reus hoc factum poſt iam obtentam poſſeſſionem ſusceperit.

§. 16.

Forum competens tam iudex domicilii, quam rei ſitae eſt. de foro competente.

§. 17.

Poſſeſſoriae actiones ſunt *perpetuae* quoad finem principalem, *quoad declarandam posſesſionem*; quatenus vero ad omne intereſſe agitur tantum *annales* ſunt, prout intelligenda *L. 1. ff. uti posſid.* de durat. act. poſſ. §. 17-20.

§. 18.

Tranſit ad heredes actoris, quod nempe *heredes ex poſſesſione a defuncto acquiſita*, eodemque viuo *turbata*, contra turbantem *agere posſint.*

§. 19.

*Aduerſus heredes rei* vero *regulariter non datur*, niſi lucrum ex turbatione ad heredes peruenerit.

Si ergo defunctus per turbationem aliquid perceperit, ſcil. ſi gramina, fructusque alios collegerit, heredes tenebuntur. Ad reuerſales quoque dandos obligantur. Reliqua vero damna aut intereſſe, haud praeſtant.

§. 20.

§. 20.

Succeſſores ſingulares ex turbatione anteceſſoris plane non tenentur.

§. 21.

exceptiones oppon.

Exceptiones ſequentes deſeruire cauſſae poſſunt:

1. *poſſeſſionis rite non acquiſitae,*
2. *contra prohibitionem inualidae,*
3. *precario, clandeſtine, violenter acquiſitae,*
4. *poſſeſſionis contra reum non acquiſitae.*

Forma Libelli.

Ob ſich wol Kläger von 1. 2. und mehr Jahren (in poſſeſſorio ordinario, von 3. 4. und mehr Jahren,) in poſſeſſione vel quaſi befindet, von denen Unterthanen des Guths zu N. zu fordern, daß ſie ihr Getraide in Klägers, vor dieſem Dorfe gelegenen Mühle, mahlen laſſen müſſen, immaßen ihnen Kläger nicht allein, daß ſie nirgend anders als in der Mühle mahlen laßen ſollen, gerichtlich andeuten laſſen, ſondern Beklagter auch bis anhero dieſem Gebote nachgelebet; So hat ſich dennoch am 12. Jun. a. c. Caius und Titius, als Unterthanen gedachten Gutes zu N. unterfangen, ihr Getreide zu N. mit Bewilligung der Gemeinde, als welche ſämtlich ſich zu N. hinkünftig mahlen zu laſſen, verglichen, und dadurch Klägern, in der dieſerhalb erlang-

langten poſſeſſione vel quaſi momentanea zu turbiren. Wanenhero denn Kläger zu klagen genöthiget worden, und bittet nach erfolgter ſummariſcher Antwort dahin zu erkennen:

> Daß Kläger in der *libellirten poſſeſſion*, daß Beklagtens Gemeinde ihr Getreide in Klägers *libellirten* Mühle mahlen müſſen, ſo lange bis ſie ein anders in poſſeſſorio ordinario oder petitorio ausgeführet, zu ſchützen, einen Revers dieſerhalb auszuſtellen ꝛc.

Si inuerſo caſu ſubditi agere velint contra dominum de poſſeſſione libertatis naturalis, ita concipi poteſt.

Libellus.

Klaget kürzlich, daß ſie von 1. 2. und mehr Jahren *in poſſeſſione vel quaſi* der natürlichen Freyheit, ihr Getreide, wo es ihnen gefällig, mahlen zu laſſen, ſich befinden, auch ohngeachtet ihr Gerichts-Herr Sempronius ihnen, daß ſie ihr Getreide in ihrer Mühle mahlen laſſen ſollen, angedeutet, und hierzu zwingen wollen, ſie dennoch dieſem Gebot nicht nachgekommen, ſondern vielmehr wo es ihnen gefällig geweſen, mahlen laſſen; Wann aber den 12. Jun. a. c. Beklagter ſich unterſtanden, Caium und Titium, ſo unter der Klagenden Gemeinde gehören, als ſie

ſie ihr Getreide in der Mühle zu *N.* zu mahlen fortfahren wollen, auspfänden, und jedem ein Pferd, wegnehmen zu laſſen, und dadurch Klägeren in ihrer erlangten poſſeſſione vel quaſi momentanea der natürlichen Freyheit zu turbiren; Als ſehen ſie ſich zu klagen genöthiget, und bitten nach erfolgter ſummariſcher Antwort dahin zu erkennen:

> Daß klagende Gemeinde bey der *poſſeſſione vel quaſi* der natürlichen Freyheit ihr Getreide nach ihrem Gefallen mahlen zu können, wo ſie wollen, ſo lange, bis Beklagter ein anders in poſſeſſorio ordinario oder petitorio ausgeführet, zu ſchützen, die abgenommenen Pferde hinwiederum ohne Entgeld auszuliefern, und des Mühlenzwanges bey 20. Rthlr. Strafe ſich zu enthalten, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

Libellus in poſſeſſorio ordinario.

Klagende Gemeinde bringet kürzlich an, daß ſie vor 5. 6. 10. und mehr Jahren *in poſſeſſione vel quaſi antiqua* der natürlichen Freyheit ihr Getreide, wo es ihnen gefällig, mahlen zu laſſen, ſich befindet, auch ohnerachtet Beklagter der Gemeinde gerichtlich andeuten laſſen, ihr Getreide in ſeiner vor dem Dorfe gelegenen

Mühle

Mühle zu mahlen, ſie dennoch ſich daran nicht gekehret, vielmehr des Mahlens, wo es ihnen gefallen, ſich bedienet, bis etwa 2. Jahr her Beklagter durch allerley Zwangsmittel es dahin gebracht, daß ſie etlichemal ihr Korn in ſeiner Mühle mahlen laſſen, weshalb derſelbe auch vor dieſem Iudicio in poſſeſſorio ſummariiſſimo geſchützet worden. Wann ſich aber Klägere in antiquiori poſſeſſione von 4 und mehr Jahren her befinden; Als werden ſie zu klagen genöthiget, und bitten nach erfolgter ſummariſchen Antwort dahin zu erkennen:

> **Daß klagende Gemeinde bey der** *poſſeſſione vel quaſi* **der natürlichen Freiheit ihr Getreide, wo es ihnen gefällig, mahlen zu laſſen,** ſo lange bis Beklagter ein anders in petitorio ausgeführet, zu ſchützen, dieſer hingegen ſich aller turbation bey 20. Rthlr Strafe zu enthalten, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

FINIS ACTIONVM REALIVM.

## SECTIO II.

DE

# ACTIONIBVS PERSONALIBVS.

## CAP. I.

## DE ACTIONIBVS PERSONALIBVS IN GENERE.

§. 1.

De indole generali omn. act. perſon. §. 1 — 9.

ACTIONES PERSONALES generali nomine CONDICTIONES vocantur, quod a veteri ritu denunciandi reo certum diem, ortum ducit. *ff. 15. I. de action.*

§. 2.

Actio perſonalis in genere datur illi, *qui perſonam ad quid dandum, praeſtandum, vel faciendum habet obligatam, aduerſus perſonam illam obligatam*, vel eius heredes, *ad ſatisfaciendum obligationi.*

§. 3.

Datur haec actio *creditori*, vel eius heredibus. Creditor autem in latiori ſignificatu adpellatur, *cui ex qualibet cauſa aliquid debetur. L. 11. ff. de V. S.*

§. 4.

*Tertius ex alterius perſonali iure agere nequit*, niſi *ceſſione facta.* Atque hodie etiam ceſſionis mentio in libello eſt iniicienda.

§. 5.

§. 5.

*Aduerſus debitorem*, non tertium, *actiones perſonales competunt.* Excipe tamen *actiones in rem ſcriptas*, quae licet ex iure ad rem deſcendant, contra tertium tamen poſſeſſorem ob legis ſpecialem diſpoſitionem competunt. Quo pertinent ACTIO QVOD METVS CAVSA *L. 9. ſ. 5. L. 14. ſ. 3. ff. quod met. cauſ.*, ACTIO AD EXHIBENDVM, *L. 3. ſ. 3. et ſ. ff. ad exhib.* ACTIO DE PECVLIO. *L. 27. ſ. 2. ff. de pecul.*

§. 6.

Finis eſt, *vt ſatisfiat obligationi*, quo circa tam *ad eſſentialia* (ex quibus principalis finis) quam *ad naturalia* et *accidentalia* (ex quibus minus principalis finis dimanat) probe eſt reſpiciendum. De quibus infra latius.

§. 7.

Omnis autem obligatio vel eſt *ad dandum*, vel *praeſtandum*, vel *faciendum*.

§. 8.

Fundamenta omnium actionum ſc. perſonalium ſunt vel

1. *factum licitum*, vel
2. *factum illicitum*, vel etiam
3. *aequitas, in Iure ad effectum producendi actionem ciuilem, adprobata;* quam

aequitatem *L. 1. ff. de oblig. et act. varias cauſarum figuras* adpellat.

§. 9.

Si ex facto licito agitur, *illud in libello ſpecifice eſt exprimendum. Eſſentialia* probari debent et *accidentalia, naturalia* vero praeſumuntur.

Si ex facto illicito agitur, *ſpecies delicti inſeratur libello*, reoque negante, *probetur.*

Si aequitate inſtructa ſit actio, aequitas quidem haud probari debet, bene tamen *cauſa, ex qua haec aequitas defluit.*

§. 10.

de competentia iudicis.

Iudicis competentiam ita conſiderabis:

1. *ad adimplendum contractum* inſtitui poteſt actio vel *coram iudice domicilii*, vel *contractus*, niſi ſpeciatim locus ad adimpletionem contractus ſit definitus,
2. *ad reſcindendum contractum* tantum *in foro domicilii* conueniendus eſt reus,
3. *ſi ex delicto agas*, cum *foro domicilii, delicti forum* concurrit,
4. *in rem ſcriptae actiones* etiam in foro *rei ſitae* inſtitui poſſunt.

§. 11.

Quamdiu durent?

*Actiones perſonales ciuiles* ſ. rei perſecutoriae ſ. poenales, *perpetuo durant. pr. I. de perpet. et temp. act. L. 35. ff. de obl. & act.* Actiones *Praetoriae rei perſecutoriae* itidem

dem *perpetuae ſunt;* niſi ad reſcindendum ex reſtitutione in integrum ad quadriennium reſtringantur. *all. leg.* iuncta *L. f. C. de tempor. in integr. reſtit.* Actiones *poenales Praetoriae anno exſpirant*, et quidem vtili. *L. 35. ff. de obl. et act.*

§. 12.

Actiones perſonales, rei perſecutoriae, ex contractu, ad heredes tam actoris, quam rei tranſeunt. *L. 49. ff. de obl. et act. L. 152. ſſ. 5. ff. d. R. I.* Actiones rei perſecutoriae ex delicto, item poenales, ob laeſum patrimonium, heredibus actoris competunt, non contra heredes rei, niſi quatenus aliquid ad eos ex delicto peruenit, vel lis cum defuncto iam conteſtata. *ſſ. 1. I. de perpet. et temp. action. L. 44. ff. de reg. iur.* Actiones ad meram vindictam perſonalem tendentes, neque ad heredes actoris, neque rei tranſeunt. An ad heredes transeunt.

§. 13.

Antequam vero ad ſpecialem pertractationem progredior, de eſſentialibus, naturalibus et accidentalibus ipſorum negotiorum regulas tradam. de determin. negotior. §. 13-20.

§. 14.

*Subſtantiale*, ſ. *eſſentiale, genericum* eſt quod ad omnis generis conuentiones pertinet. Illudque eſt *conſenſus.* Hinc *quicquid excludit conſenſum, illud conuentionem*

 *reddit*

*reddit nullam. L. 116. ff. de reg. iur. L. 15. ff. de Iurisd.*

§. 15

*Subſtantiale genericum* omnium delictorum eſt, *dolus* et *culpa;* quod patet ex definitione delicti.

§. 16.

*Subſtantialia ſpecifica ſunt*, quae ad vniuscuiusuis negotii formam ſpeficam pertinent. De quibus ſequentes regulas obſerues.

1. *ſubſtantialia pactis mutari nequeunt, quamquam addi per pactum ſubſtantiale poſſit.*
2. *deficiente ſubſtantiali negotium eſt nullum.*
3. *ſi ſubſtantialia adſunt, negotium eſt perfectum.*
4. *ex perfecto negotio naſcitur obligatio et actio.*[6]
5. *ſubſtantialia determinat Ius ſtatutarium*, vel *prouinciale*, vel *Imperii*, vel *ciuile.*

§. 17.

*Naturalia*[7] ſunt, quae praeter formam ſpecificam, in quouis negotio determinat vel Ius ſtatutarium, vel prouinciale, vel Imperii, vel ciuile. Tota cognitio his regulis comprehenditur:

1. *naturalia in dubio negotio ineſſe praeſumuntur.*

2. *pa-*

2. *pactis* tamen *mutari poſſunt.* Nec attendenda diſtinctio inter *naturalia interna* et *externa.*
3. *pacta naturalia minuentia*, ſunt *ſtrictae interpretationis,* hinc
4. *vno mutato naturali*, *reliqua mutata haud cenſentur,* niſi ſint connexa.

§. 18.

*Accidentalia* ſunt, quae per pacta contrahentium demum adiiciuntur.

§. 19.

Sunt vel *augentia*, ſi per pactum naturalibus quid additur, vel *minuentia*, ſi pactis naturalia mutantur.

§. 20.

*Accidentalia adeſſe et abeſſe poſſunt.* Hinc *non praeſumuntur.*

## SECT. II. CAP. II.

### MEMBRVM I.

### DE ACTIONE PERSON. EX POLLICITATIONE.

§. 1.

Species factorum licitorum ſunt pollicitatio et conuentio.

§. 1.

POLLICITATIO eſt *ſpontanea offerentis promiſſio, absque acceptatione facta.*

§. 2.

Diuiditur in *nudam*, quae, priuato facta, effectum nullum producit, et *non nudam*, quae ad effectum producendi actionem ciuilem eſt confirmata; ex quo genere ſunt pollicitationes, quae Reipublicae, Ciuitati, Eccleſiae vel Deo fiunt. *l. 2. ſ. 2. ff. de pollicit. l. 9. ff. eod.*

§. 3.

De A. ex P. indole §. 3-5.

ACTIO EX POLLICITATIONE vocanda eſt *condictio ex lege.* Quae eſt *actio perſonalis*, (neque enim rem adficit *L. 2. ff. de pollicit.*) *quae datur Eccleſiae, Ciuitati, Vniuerſitati, Reipublicae, aduerſus pollicitantem, ad promiſſionem ſuam adimplendam.*

§. 4.

Si Ciuitati, vel Reipublicae facta ſit promiſſio, adminiſtratoribus aut Syndicis datur. Nomine eccleſiae agunt die Kirchenvorſteher.

§. 5.

§. 5.

Finis eſt, *vt adimpleat promiſſionem, quae vel ad dandum, vel praeſtandum, vel faciendum pertinebit.*

§. 6.

Fundamentum eſt *pollicitatio legitime facta*, ad quam requiritur — de eius fundamento. §. 6. 7.

1. *perſona, quae obligandi gaudet poteſtate,*
2. *res alienari haud prohibita,*
3. *ſvt voluntas a praeſente ſit declarata, non per epiſtolam. L. 5. ff. h. t.* quod hodie non obſeruatur,
4. *vt animo deliberato facta,*
5. *ex iuſta cauſa,*
6. *vt, ſi defecerit iuſtae cauſae expreſſio, promittens promiſſionem adimplere ceperit.*

§. 7.

Iure Rom. 3. 5. aut 6tum requiſitum actor probare debebat. Hodie vero, cum abſque dubio ficta acceptatio verae donationis effectum producat, nihil probandum opinor praeter declarationem voluntatis: Aliter tamen ſentiunt et ciuili Iuri inſiſtunt STRYCK *V. M. tit. de pollic. ſ. 1.* BERGER *in Oec. Iuris L. 3. tit. 1. Th. 5. n. 3.*

§. 8.

*Domicilii forum* competens eſt, et durat haec actio perpetuo. — de foro compet.

§. 9.

an ad heredes tranſeat? Quoad heredes pollicitantis, aut vouentis ſequentia in conſideratione erunt:

1. *factum perſonale heredes non obligat.*
2. *ſi reale factum*, aut *quantitas*, vel *res promiſſa*, ita diſtinguas:
   a. *ſi bona pollicitantis ſufficiunt, tenentur heredes in ſolidum,*
   b. *ſi non ſufficiant, et pollicitatio facta ob honorem collatum heredes pariter in ſolidum obſtringuntur,*
   c. ſi talis cauſa non ſubſit, *liberi in decimam, extranei in quintam partem obſtringuntar. L. 6. 9. et 11. ff. de pollic.*

§. 10.

excepti-ones oppon. Exceptiones adplicabuntur,

1. *deficientis facultatis donandi,*
2. *non deliberato conſilio factae promiſſionis,*
3. *iniuſtae aut falſae cauſae,*
4. *paupertatis inſecutae,*
5. *hereditatis non ſufficientis,*
6. *deficientis conditionis,*
7. *praeſcriptionis.*

Libellus.

**Kläger**

Sempronius als beſtätigter Actor der Kirche zu St. Thomas alhier

contra

contra

Titium Kauf und Handelsmann alhier

Beklagten,

Bringet klagend an, welchergeſtalt Beklagter, als er vernommen, daß aus der Kirche zu St. Thomas der ganze Kirchen-Ornat geſtolen worden, der Kirche einen Ornat von 300 thlr. zu ſchenken verſprochen. Wenn ſich aber Beklagter ſein Verſprechen zu erfüllen geweigert; Als iſt Kläger, als gedachter Kirche beſtätigter Actor, wider Beklagten zu Klagen genötiget worden ꝛc.

Daß Beklagter den libellirten Kirchen-Ornat 300 thlr. am Wert der klagenden Kirche zu St. Thomas alhier zu übergeben, auch alle verurſachte Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.



## SECT. II. CAP. II.
### MEMBRVM II.
### DE ACTIONIBVS EX CONVENTIONE ORIENTIBVS, IN SPECIE EX MVTVO.

§. 1.

Expoſita actione ex pollicitatione oriunda, pergo ad *conuentionem*, ſ. *pactum*.

§. 2.

Pactum eſt duorum, pluriumue in idem placitum conſenſus.

§. 3.

Diuiduntur pacta,

1. in *nuda*, et
2. *non nuda*,

Non nuda comprehendunt

1. *contractus*,
2. *pacta legitima*,
3. *pacta contractui adiecta.*

Contractus ſunt

1. vel *veri* } contractus.
2. vel *quaſi* }

Veri contractus ſunt vel

1. *reales*, vel
2. *conſenſuales*, vel
3. *verbales*, vel
4. *litteralis*.

Reales

Reales ſunt, ad quorum perfectionem traditio requiritur, cuius ſpecies ſunt,

1. MVTVVM,
2. COMMODATVM,
3. DEPOSITVM,
4. PIGNVS.

## DE CONDICTIONE CERTI EX MVTVO.

§. 1.

MVTVVM eſt *contractus realis, quo res fungibilis in accipientem transfertur, vt in genere in eadem qualitate, et quantitate reſtituatur.*

§. 2.

Oritur exinde CONDICTIO CERTI EX MVTVO, quae eſt *actio perſonalis, ciuilis, rei perſecutoria, quae creditori et eius heredibus datur, aduerſus debitorem,* aut *eius heredes, vt acceptum mutuum in eadem qualitate et quantitate reſtituat.*

§. 3.

*Datur creditori.* Nomine *minorennium* tutores, vel curatores, nomine *piarum cauſarum*, adminiſtratores vel actores, nomine *vniuerſitatum* vel adminiſtratores, vel ſyndici, vel actores agunt.

§. 4.

Non dominus quoque, conſumta re mutuo data, habebit condictionem ex *L. 13. §. 1. ff.*

*de*

*de reb. credit.* vel condictio ſine cauſa adplicari poterit. arg. *L. 1. §. vlt. ff. de cond. ſine cauſa.*

§. 5.

*Contra debitorem* agendum eſt, qui *ſe obligandi poteſtate* gaudet, contra illos vero, qui ſub tutore vel curatore ſunt, aliter non competit, niſi vel res mutuo data adhuc exſtet, vel verſio in vtilitatem probetur.

§. 6.

Ciuitates vel vniuerſitates tunc ex mutuo obligantur, ſi vel *ſinguli mutuum acceperint*, vel *mandatum dederint*, vel *in vtilitatem verſa ſit pecunia. L. 1. §. 1. ff. et L. 3. ff. quod cuiusv. vniuerſ. nom. L. 27. ff. de reb. cred.*

§. 7.

Fines huius actionis ſunt:

1. principales, *vt tantumdem, ſc. in genere, in eadem qualitate et quantitate reſtituatur. L. 3. ff. de reb. cred.*
2. minus principales, *ad vſuras praeſtandas*, ſi vel promiſſae ſint, vel debitor in mora deprehendatur, quod vltimum Iure Rom. haud obtinet,
3. *ad poenam conuentionalem praeſtandam*, modo hoc pactum vſurarium prauitatem haud prodat.

§. 8.

de fundamento — Fundamenta haec conſiderabuntur.

1. *mutuum contractum*, cuius requiſita ſunt:

a. *vt*

a. *vt res fungibilis tradatur,* eiusque prob. §. 8—12.
b. *vt in accipientem dominium transferatur,*
c. *vt in genere reſtituatur.*

2. *pactum de vſuris praeſtandis initum,*
3. *mora a debitore contracta,*
4. *poena conuentionalis pacto promiſſa,* vel commiſſa,
5. *correalis obligatio pacto conſtituta,* et quod reliqui non ſint ſoluendo.

§. 9.

Omnia haec requiſita, negante reo, probanda ſunt. Cum vero in libello, etiam adiiciatur, ſolutionem haud eſſe factam, huius negatiuae probatio actori non incumbit.

§. 10.

Actor etiam exſecutiue progredi poteſt, modo omnia libelli capita ex documentis guarentigionatis pateant.

§. 11.

Si contra debitoris heredes exſecutiue actor agere cupiat, mors quoque defuncti, et quod heredes adierint hereditatem, ex documentis adparere debet.

§. 12.

Competens iudex eſt vel domicilii, vel contractus; Si tamen certus locus ſolutioni conſtitutus ſit, in alio loco agi nec hodie cum effectu poteſt, niſi in foro contractus praeſens inueniatur. de competentia iudicis.

§. 13.

§. 13.

quamdiu duret? Perpetua haec eſt actio et Iur. Sax. 31. ann. 6 ſept. 3. dies durat. Terminum *a quo* conſtituit tempus ad ſolutionem praefinitum.

§. 14.

Tam heredibus actoris competit, quam contra heredes rei datur.

§. 15.

exceptiones. Exceptiones ſequentes pro enato caſu adcommodari poſſunt,

1. *deficientis cauſae debendi*,
2. *mutui non rite conſtituti*,
3. *SCti Macedoniani*,
4. *mutui contra Mand. El. de Ao. 1718. 29. Dec. et 1724. d. 21. April. data*,
5. *diuiſionis*,
6. *non numeratae pecuniae*,
7. *plus petitionis ratione loci, temporis, rei*,
8. *ſolutionis*,
9. *compenſationis*,
10. *adſignationis plenae*, vid. in Sax. Mand. El. d. Ao. 1699. d. 23. Dec. unter denen Beilagen der Erl. Proceß Ord. ſub N. 28.
11. *dationis in ſolutum*,

12. cre-

12. *creditoris ad acceptationem immobilium in ſolutum obligati Nou. 4. c. f. Nou. 120. Rec. I. 1654. ſſ. 172.*
13. *creditoris ad partialem ſolutionem acceptandam obſtricti. Rec. I. d. A. 1654.*
14. *nouationis, delegationis,*
15. *remiſſionis,*
16. *ſolutionis, ob inſinuatum praeceptum de non exſoluendo, denegandae,*
17. *depoſitionis iudicialis,*
18. *dilationis legatae,*
19. *verſionis in rem non factae,*
20. *reſtitutionis in integrum,*
21. *praeſcriptionis,*

Libellus executiuus contra heredes.

Kläger Georg Michael Streichgin contra Gerngroß Zalauſſens hinterlaſſene Erben, namentlich

Hans Chriſtoph } Zalaus.
Jonatan Chriſtian }

Klaget kürzlich, welchergeſtalt Gerngroß Zalaus von Klägern ein Darlehn von 1000. thlr. gegen Landübliche Verzinſung à 5. pcent Mich. 1744. erborget, und ſolches Mich. Meſſe 1743. wieder zu bezalen verſprochen; Wann aber derſelbe am 26. ſept. 1744. verſtorben, und Beklagter als ſeine Brüder

H zu

zu Erben hinterlaſſen, dieſe auch die Erbſchaft angetreten und Erben ſeyn wollen, wie ſolches aus denen Doc. ſub A. B. C. mit merern erhellet: dieſe ſich hingegen verweigern obgedachtes Capital nebſt denen von Mich. 1743. aufgelaufenen Intereſſen zu bezalen; Als iſt Kläger zu Klagen genötiget worden, fordert dannenhero recognition derer documenten ſub A. B. C. nach deren Erfolg er zu erkennen bittet,

Daß Beklagter die libellirten 1000. thlr. nebſt denen Intereſſen von Michaelis 1743. à 5. pcent auch allen verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig,

## SECT. II. CAP. II.

### MEMBR. III.

# DE ACTIONE COMMODATI DIRECTA ET CONTRARIA.

§. 1.

COMMODATVM eſt *contractus realis, quo res non fungibilis ad certum vſum gratis alteri traditur, vt ab eodem, finito vſu, in ſpecie reſtituatur.* c[illegible]

§. 2.

Oritur ex hoc contractu ACTIO DIRECTA et CONTRARIA. In genere autem *actio directa* ex contractu contra principaliter obligatam perſonam, *contraria* vero contra minus principaliter, ad indemnitatem tantum praeſtandam obligatam, datur.

## DE ACTIONE COMMODATI DIRECTA.

§. 1.

Eſt *actio perſonalis ciuilis rei perſecutoria, h. ſ. quae datur commodanti, aut eius heredibus, aduerſus commodatarium,* aut eius heredes, *ad commodatum finito vſu reſtituendum et reliqua,* vel ex natura contractus, vel pactis adiectis deſcendentia, *praeſtanda.* de acti-on. com mod. dir. indole §. 1—5.

§. 2.

Datur *commodanti,* licet rem alienam in commodatum dederit. Nec reus eo nomine exceptione vti poteſt, cum ſit de iure tertii.

§. 3.

Datur aduerſus commodatarium et contra plures quidem in ſolidum, ob expreſſam *L. 5. ſ. vlt. ff.* h. t. diſpoſitionem. Quam legem LVDOVICI *in Doctr. Pand.* h. t. male de *correali obligatione, conuentione conſtituta,* explanat. Ratio legis ſine dubio eſt, *ne commodans, beneficium praebens, in plures diſtringatur debitores.*

§. 4.

Diſſentientes vrgent *L. 21. in f. ff. eod.* vbi verba: *communi periculo.* Sed haec lex non regulam, ſed exceptionem tradit, ſi per conventionem ita determinatum ſit, quod communi periculo accipiant commodatarii commodatum.

§. 5.

finis. Finis

1. *principalis* eſt, *vt commodatum finito vſu in ſpecie reſtituat.* Ob improuiſam tamen neceſſitatem etiam ante repeti poteſt. *arg. L. 3. C. locat.*

2. *minus principalis,* ad *culpam leuiſſimam praeſtandam.* Euolue *L. 5. ſ. 2. ff. commod. vel contra,* iuncta *L. 18. pr. eod.* in qua verbum *diligentia* in priori lege poſitum, de *exactiſſima diligentia* explicatur. Iunge pariter. *L. 5. ſ. 10. et L. 18. pr.* vbi exceptiones de lata et leui culpa.

3. *ad caſum fortuitum praeſtandum*, ſi ita *conuentum*, ſi *aeſtimatam rem venditionis gratia acceperit*, ſi *in mora ſit commodatarius. L. 5. ſſ. 4. 7. ff. h. t. c. vn. X. eod. vel furtum commiſerit commodatarius.*

§. 6.

Ad fundamenta huius actionis pertinet. fundamenta.

1. *commodatum legitime contractum*, cuius eſſentialia ſunt:
   a. *traditio rei non fungibilis*,
   b. *ad certum vſum*,
   c. *eumdemque gratuitum*,
   d. *vt finito vſu in ſpecie reſtituatur.*
2. *finitum eſſe vſum*,
3. *culpa commodatarii*, *qua res commodata* vel *periit*, vel *deteriorata* eſt.
4. *mora*, vel *quod ad alium vſum applicuerit commodatum.* Quod fundamentum potiſſimum ad caſus fortuiti praeſtationem pertinet.
5. *obligatio correalis lege conſtituta*,
6. *pactum*, *quo quoad accidentalia quid determinatur.*

§. 8.

Omnia haec fundamenta, reo negatiue litem conteſtante, probanda ſunt, ſi excipias *quinto loco* poſitum, quia hoc ad naturalia ſpectat, adeoque praeſumitur.

§. 8.

In damnorum probatione reſpiciendum,

1. *an damnum ſit datum*, ſc. quod res vel perierit, vel deterior facta ſit. Illudque probandum,

vel alio modo

2. *an dolo* vel *culpa ſit datum*,
3. *ad quantitatem damni.*

§. 9.

Incidit in controuerſiam *an culpa probanda ſit?* Haec autem lis optime hoc modo conciliabitur;

1. *ſi tale eſt negotium, in quo culpa leuiſſima praeſtari debet*, actor *culpam non probabit;* cum enim caſus fortuitus non praeſumatur, culpoſum magis damnum erit praeſumendum.
2. *ſi in negotio, lata*, aut *leuis culpa tantum praeſtetur*, actor probabit *damnum culpa tali eſſe datum*, niſi forſitan eius generis ſit, quod ex omiſſione diligentiae boni patrisfamilias defluxiſſe, praeſumendum.

§. 10.

Quantitas damni quoque probatione indiget. Cui vel teſtes vel documenta deſeruient.

§. 11.

Rebus deterioratis vtile eſt, rem per peritos aeſtimari; vbi requiritur

1. *vt ſint iurati et periti*,

2. vt

2. *vt qualitatem rei ſciant tempore traditionis,*
3. *comparata nunc qualitate rei aeſtiment.*

§. 12.

Si res perierit, aliique modi probandi deficiant, iuramento in litem vel veritatis, vel adfectionis locus erit.

§. 13.

Competens iudex eſt, vel domicilii, vel contractus, et durat haec actio perpetuo. de competentia iudicis.

§. 14.

Vtrinque tranſit ad heredes, neque tamen correaliter, ſed tantum pro rata hereditaria obligantur.

§. 15.

Exceptiones nota exceptiones oppon.

1. *retentionis,*
2. *deficientis poteſtatis ſe obligandi,*
3. *vſus nondum finiti,*
4. *rei caſu peremtae,*
5. *arreſti impoſiti,*
6. *commodati commodanti tantum vtilitatem praeſtantis*, et hinc *culpae latae tantum praeſtandae,*
7. *commodati communem vtilitatem praebentis*, et ſic *rei ad leuem culpam tantum obligati,*
8. *culpae pacto remiſſae,*

 9. *da-*

9. *damni a tertio dati,*
10. *morae commodantis in acceptando,*
11. *credidi, te conſenſurum in alium vſum, quem improuiſus caſus obtulit,*
12. *rei commodatae ex praecedente vitio peremtae,* aut *deterioratae,*
13. *res eodem modo apud te periiſſet,*
14. *caſus fortuiti inſolitiſſimi,*
15. *plurium coheredum,*
16. *commodati communi periculo dati,*
17. *donationis,*
18. *praeſcriptionis,*

Libellus.

Klaget kürzlich, welchergeſtalt Kläger ſein Reißzeug, ſo nach der Specification ſub ⊙. in 20 Stück beſtehet, nebſt dem dazu gehörigen Fouteral von roten Corduban den 4. Febr. a. c. Beklagten auf 14. Tage gelehnet. Wann aber Beklagter nach Ablauf ſotaner Friſt ſich der reſtitution bemeldeten Reißzeugs und Fouterals verweigert. Als iſt ꝛc.

Daß Beklagter das libellirte Reißzeug nebſt dem Fouteral zu reſtituiren, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

DE

DE

## ACTIONE COMMODATI CONTRARIA.

§. 16.

Eſt *actio ciuilis perſonalis rei perſecutoria, b. f. quae datur commodatario,* aut eius heredibus, *aduerſus commodantem,* aut eius heredes, *ad indemnitatem praeſtandam.* de act. comm. contr. indole §. 16-19.

§. 17.

Fructuoſius eſt *beneficium retentionis,* quod commodatario datur, *modo illud, quod rei commodatae intuitu commodatario debetur, ſit liquidum,* alias eousque tantum retentione fruitur, quousque commodans cautionem non praeſtitit.

§. 18.

Tendit ad indemnitatem conſequendam, quae tam in expenſarum, quam damnorum, (lata) culpa, aut dolo datorum, conſiſtit.

§. 19.

Neceſſarias modicas impenſas non recuperat commodatarius. *L. 15. ſ. 2. ff. commod. vel contr.* vtiles et voluptuarias regulariter tantum tollit.

§. 20.

Fundamenta igitur huius actionis facile ex fine patent, de ei. fundamentis.

1. *commodati contractus eſſentialia, naturalia et accidentalia,*

2. *impenſarum in rem commodatam collocatio*, vbi
   a. probanda eſt *quantitas*.
   b. vel *neceſſitas*, vel *quod commodans vtiles*, vel *voluptuarias iam inchoauerit*, vel *ipſius voluntate factae ſint*.
3. *damna dolo, vel lata culpa data*, in quorum probatione reſpicias
   a. *an damnum?*
   b. *an dolo*, vel *culpa lata datum*,
   c. *quanti aeſtimetur?*

§. 21.

forum competens.

Eadem fori competentia, quae in actione directa, attenditur. Si vero ante directa actio iam ſit inſtituta, haec actio in eodem foro tamquam reconuentio ventilari debet.

§. 22.

exceptiones.

Exceptiones ſunt

1. *impenſarum medicarum*,
2. *culpa impenſis cauſam dediſti*,
3. *impenſarum illiquidarum, immodice aeſtimatarum*,
4. *impenſarum contra prohibitionem factarum*,
5. *vitii patentis*,
6. *ignorantiae vitii rei*,
7. *commodati ob improuiſam neceſſitatem reuocati*.

Libel-

Libellus.

Klaget kürzlich, welchergeſtalt Beklagter Klägern ein Pferd zu einer Reiſe auf 4 Wochen nach Frankfurt gelehnet. Wenn aber das gelehnte Pferd, da Kläger kaum die Helfte des Weges zurück geleget, wegen eines innerlichen Schadens, wie beigehendes atteſtat des Roß-Arztes Hans Hufeiſens ſub ☉. bezeiget, ſo Beklagter auch ganz wol gewußt, krank worden, und dahero Kläger nicht allein 10 thlr. vor die Cur verwenden, ſondern auch, weil er dieſerhalb 6 Tage liegen bleiben müſſen, auf 30 thlr. nach beigefügter Liquidation ſub ☽ et ☿ Schaden erlitten, Beklagter hingegen zu deren Erſetzung ſich nicht verſtehen will. Als iſt ꝛc.

Daß Beklagter ſo wol die auf die Cur des Klägers gelehnten Pferdes verwendete 10 thlr. als den erlittenen Schaden an 30 thlr. nebſt denen verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

SECT.

## SECT. II. CAP. II.

### MEMBR. IV.

## DE ACTIONE DEPOSITI.

§. 1.

de indole act. depoſiti §. 1-8.

DEPOSITVM eſt *contractus realis*, quo *res (gratis) cuſtodienda alteri traditur, vt ab eodem in ſpecie reſtituatur.*

§. 2.

Notari meretur diſtinctio in depoſitum REGVLARE et IRREGVLARE, quod vltimum dicitur, *quando depoſitario vſus ſimul conceditur*. Cuius indolem colligas ex *L. 24. 25. 26. ſ. 1. ff. depoſiti. L 9. 10. ff. de reb. cred. L. 1. ſ. 34. ff. depoſiti.*

§. 3.

*Sequeſtrum* quoque inter depoſiti ſpecies refertur. Sed probe diſtinguendi ſunt caſus: ſi enim *ſequeſter ſolam cuſtodiam* tantum *et gratis* quidem *praeſtat*, manet depoſitum. Sin autem praeter cuſtodiam etiam adminiſtrationem rei gerit, vel locatio erit, mercede data, vel, ſi gratis adminiſtret, mandati indolem redolet.

§. 4.

Oritur ex hoc contractu vnilaterali duplex ACTIO DEPOSITI DIRECTA et CONTRARIA.

§. 5.

*Directa* eſt *bonae fidei, perſonalis actio, quae datur deponenti*, et eius heredibus, *aduerſus*

*ſus depoſitarium* et eius heredes, *ad depoſitum in ſpecie reſtituendum, et reliqua,* quae vel *ex natura contractus,* vel *pacto adiecto deſcendunt, praeſtanda.*

§. 6.

Datur *deponenti,* et, quod ad ſequeſtrum, *victor* in lite regulariter actionem inſtituit. Si plures rem depoſuerint, et ſint correi credendi, vnus ex illis praeueniendo reliquos ſolidum petere poteſt.

§. 7.

Correali vero obligatione non contracta, ſinguli pro rata agere poſſunt, ſi in quantitate conſiſtat depoſitum, ſi vero res indiuidua ſit depoſita, vnus plurium deponentium agere nequit, niſi vel ratione reliquorum procuratorio nomine agat, vel ex iure ceſſo.

§. 8.

Datur *aduerſus depoſitarium.* Et plures quidem correaliter ipſa lege ſunt obligati. *L. 1. ſ. 43. ff. depoſ. vel contr.*

§. 9.

fines huius act. §. 9-13.

Eſſentialis finis eſt: *vt res depoſita in ſpecie reſtituatur,* atque in depoſito quantitas etiam pro ſpecie habetur, cum in ſpecie reſtitui omne depoſitum debeat.

§. 10.

Ratione naturalium tendit *ad doli et latae culpae praeſtationem.*

§. 11.

§. 11.

Si ciſta clauſa et ſignata tradita fuerit, et deponens, reſtitutione ciſtae facta, conqueratur, res quaſdam deficere, videndum eſt, *an depoſitarius ad aeſtimationem teneatur?* Deciſionem tradit *L. 1. ſ. 41. ff. depoſ.* diſtinguens hoc modo:

*Si deponens depoſitario res in ciſta contentas demonſtrauerit, eoque praeſente ciſtam ſignauerit et occluſerit*, depoſitarius tenetur, niſi a culpa lata ſe purgare poſſit. *Rebus autem depoſitario non oſtenſis*, tunc demum tenetur, *ſi ſigilla ſint fracta*, vel *aliae laeſiones ciſtae adpareant.* Liberabitur tamen depoſitarius, ſi a culpa lata ſe vacuum probauerit.

§. 12.

Ratione accidentalium quandoque tendit actio

1. *ad culpae leuis praeſtationem*, ſi honorarium acceperit,
2. *ad leuiſſimae culpae praeſtationem*, ſi rei non fungibilis depoſitae vſus ipſi conceſſus fuerit, aut depoſito ſe obtruſerit,
3. *ad caſus fortuiti praeſtationem*, ſi vel ita pactum, vel depoſiti rei fungibilis vſus indultus fuerit,
4. *ad dupli praeſtationem*, ob negationem depoſitis miſerabilis.

§. 13.

Ratione finium ex naturalibus, aut accidentalibus dimanantium, vel petitur

1. *aeſtimatio rei depoſitae,* ſi culpa aut perdita, aut inſigniter deteriorata ſit res, vel
2. *aeſtimatio damni* tantum *dati.*

§. 14.

Fundamenta ratione principalis finis ſunt eſſentialia contractus depoſiti, in eo conſiſtentia: vt — de eius fundamentis §. 14-16.

1. *res ad cuſtodiam tradatur,*
2. *vt gratis recipiatur,*
3. *vt in ſpecie reſtituatur.*

§. 15.

Ratione naturalium et accidentalium ex ipſis finibus declaratis fundamentum patet.

§. 16.

Omnia haec fundamenta, ſi naturalia excipias, probanda veniunt. Quoad poenam tamen inficiationis in duplum ratione depoſiti miſerabilis notandum eſt, quod ea non aliter obtineat, quam ſi reus vel per teſtes, vel per documenta conuictus ſit. Iuramenti delatio haud ſufficit.

§. 17.

Iudex competens, vti ſupra generaliter monui, eſt iudex domicilii et contractus. — de competentia iudicis.

§. 18

§. 18.

quamdiu duret? Durat haec actio *perpetuo*. Singulare eſt, *quod*, etſi in duplum ob inficiationem depoſiti agatur, *actio ſit perpetua*, licet ex edicto Praetoris deſcendat. *L. 18. in f. ff. depoſ.* Cuius diſpoſitionis ratio in eo mihi poſita videtur, *quod depoſitarius, depoſitum miſerabile negans, inſignis perfidiae reus*, adeoque *ſimilis furi ſit, contra quem actiones etiam Praetoriae poenales perpetuo competunt.* Diſſent. BOEHMERVS *in Tr. de Action. Sect. 2. c. 8. ſſ. 23. n. 5.* qui allegatam legem inique interpretatur.

§. 19.

an ad heredes transeat. §. 19-23. Tranſit haec actio tam ad heredes deponentis, quam depoſitarii.

§. 20.

Si plures heredes deponens relinquat, atque vel omnes agunt, vel ille, qui ex maiori parte heres eſt, depoſitarius totum depoſitum reſtituere tenetur, ſiue res diuiduae ſint depoſitae, ſiue indiuiduae. Quam ſententiam *arg. L. 14. ff. depoſ.* B. Auus LÜDER. MENCKEN *ad Pand. h. t.* et BOEHMERVS fouent. Ex mea vero ſententia, cum quantitates ipſo iure ſint diuiſae, depoſitarius vni heredum agenti etiamſi maioris partis heres ſit, ratam tantum partem ſoluere obſtringitur.

§. 21.

§. 21.

Quodſi vnus heredum ſpecies depoſitas a depoſitario poſcit, omnes quidem ei tradere tenetur, ſed non niſi praeſtita cautione idonea per ſideiuſſores. *L. 1. ſ. 36. ff. depoſ.*

§. 22.

exceptiones.

Quod ad exceptiones attinet, praecipue obſervandum eſt, *quod exceptio compenſationis opponi nequeat*, *L. ſ. C. de compenſ. ſ. 30. I. de act.* et vera huius diſpoſitionis ratio eſt, quia res depoſita, licet in quantitate conſiſtat, tamquam ſpecies conſideratur. In ſpeciebus vero compenſationem locum non habere latiſſime patet. Si vero res ſit deteriorata, aut deperdita, merito compenſatio obtinebit. Sequentes vero in conſideratione habentur exceptiones

1. *retentionis*,
2. *plurium coheredum*,
3. *traditionis nondum factae*,
4. *litis nondum finitae*, ſc. in ſequeſtro,
5. *rei ſine dolo et lata culpa peremtae*,
6. *depoſiti ad commune periculum dati* (ad obligationem in ſolidum excludendam)
7. *arreſti impoſiti*,
8. *nondum praeſtitae cautionis*,

9. *rerum vni heredum ſub cautione reſtitutarum,*
10. *donationis,*
11. *praeſcriptionis.*

## Forma Libelli.

Kläger bringet klagend an, welchergeſtalt er Beklagten einen Coffre, worinnen ein ſilbern Service geweſen, in Verwarung nebſt denen Schlüſſeln zu denen davor gelegten Schlöſſern übergeben, immaſſen Kläger demſelben nicht allein nach der Specification ſub A. alle darinnen enthaltene Sachen, Stück vor Stück gezeiget, und in ſeiner Gegenwart wiederum in den Coffre geleget, ſondern auch mit deſſelben Bewilligung jedes Stück ſo gleich von Carl Tomback, einem Goldſchmid alhier, nach der in der Specification ſub B. enthaltenen Taxe aeſtimiren laſſen; Wann ſich aber bey Reſtitution des Coffres, da ſolcher in Beklagtens Gegenwart wider eröfnet, und die ſämtlichen Stücke nach der Specification durchgegangen worden, ſich geäuſert, daß die in der Specification N. 15. 20. 30. 46. enthaltene Stücken, welche auf 300 thlr. taxiret worden, ermangeln und Beklagter in Güte dieſes Quantum zu erſtatten ſich verweigert; Als iſt ꝛc. fordert Einlaſſung auf die Klage und beigefügte Specification ſub A. und bittet nach deren Erfolg zu erkennen:

Daß

Daß Beklagter die libellirten 300 thlr. als den Wert derer ermangelnden Stücke ſub N. 15. 20. 30. 46. Klägern nebſt allen verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

DE

## ACTIONE DEPOSITI CONTRARIA.

§. 23.

Retentionis beneficio etiam depoſitario conſulitur eo modo, quo ſupra in actione commodati expoſitum eſt. de act. D. contrar. indole §. 23—25.

§. 24.

ACTIO DEPOSITI CONTRARIA eſt ciuilis, perſonalis, rei perſecutoria, b. f. quae *datur depoſitario*, aut eius heredibus, *aduerſus deponentem*, aut eius heredes, *ad indemnitatem praeſtandam.*

§. 25.

Tendit *ad indemnitatem praeſtandam* finis.

1. *ratione impenſarum neceſſariarum.* Vtiles et voluptuarias tollere tantum poteſt.
2. *culpae leuiſſimae praeſtandae.*

§. 26.

Fundamenta ſunt de eius fundam. §. 26. 27.

1. *depoſitum conſtitutum,*
2. *ſecundaria deponentis obligatio*

a. *ad impenſas reſtituendas,*

b. *ad culpae leuiſſimae praeſtationem.*

§. 27.

Reliqua ad probationem pertinentia, ex dictis occaſione actionis commodati contrariae, patent.

§. 28.

competentia fori.

Idem forum competens eſt, quod in aliis actionibus perſonalibus. Per modum reconuentionis tamen inſtituta, in foro conuentionis peragi debent.

§. 29.

Exceptiones eaedem, quae traditae ſunt in actione commodati contraria, obtinebunt.

## SECT. II. CAP. II.

### MEMBRVM V.

### DE ACTIONE PIGNERATITIA. directa

§. 1.

CONTRACTVS PIGNORIS eſt realis, b. f. *quo res creditori in ſecuritatem crediti traditur, vt ab eodem, ſoluto debiti vinculo, in ſpecie reſtituatur.* de act. pignor. directae §. 1—5.

§. 2.

Defluit inde actio pignoratitia directa et contraria.

§. 3.

ACTIO PIGNERATITIA DIRECTA eſt actio perſonalis, ciuilis, rei perſecutoria, b. f. quae *datur debitori*, aut eius heredibus, *aduerſus creditorem*, aus eius heredes, *ad pignus, ſoluto debiti vinculo, reſtituendum, et damna dolo, aut leui culpa, data reſarcienda.*

§. 4.

Plerumque *debitori haec actio conceditur*, ſed ſi tertius pro alio res ſuas pignori dederit, nihil dubito, eum actione pignoratitia vtili vti poſſe.

§. 5.

Competit *contra creditorem*, aut eius heredes. Non contra tertium poſſeſſorem. Nec obſtat *L. 40. ſ. f. ff. de pignor. act.* et *c. 6. X. de pignor.* quae leges non de actione pigneratitia, ſed vel rei vindicatione, vel imploratione officii iudicis agunt.

§. 6.

fines huius act. §. 6 - 15.

Finis eſt

1. principalis *ad rem oppigneratam ſoluto debiti vinculo reſtituendam.*

§. 7.

Hodie potiſſimum iure Sax. et Brunſuicenſi, vbi in immobilibus iudicialis hypotheca requiritur, non ambigo, etiam ad caſſationem hypothecae hanc actionem dirigi poſſe. Quamuis alii implorationem officii iudicis dicere malint.

§. 8.

Tendit minus principaliter

2. *ad leuis culpae praeſtationem. L. 14. ff. de pignorat. act.* Nec obſtat *L. 13. ſ. 1. ff. eod.* et *ſ. vlt. inſt. quib. modis re contrah. oblig.* ex quibus leuiſſimae culpae praeſtationem euincere ſtudent.

§. 9.

3. *ad vſuras ex tempore morae praeſtandas. L. 7. ff. de pignor. act.*

4. ad reſiduum pretii, legitima diſtractione pignoris facta, reſtituendum. *L. f. C. de diſtract. pign.*

§. 10.

5. *ad reddendas rationes de fructibus perceptis et percipiendis*, quod obtinet, ſi pactum antichreticum pignori adiectum eſt.

§. 11.

§. 11.

Pactum antichreticum eſt pactum contractui pignoratitio adiectum, vt creditor ex pignore, quod fructus fert, fructus in vicem vſurarum accipiat. L. 14. C. *de vſur.* et L. 17. C. *eod.*

§. 12.

Antichreſis conſtituitur vel expreſſe, vel tacite. vid. L. 8. ff. *In quib. cauſ. pignus vel hypoth. tac. contrah.*

§. 13.

In pignore ſub pacto antichretico creditori dato, ſequentia principia notabis:

1. *creditor rationes reddere debet*, nec de perceptis tantum, ſed et de percipiendis quoque fructibus tenetur,
2. *nullus exceſſus legitimarum vſurarum eſt tolerandus*, ſiue fructus certi, ſ. incerti percipiantur,
3. *quicquid ex fructibus vltra vſurarum legitimum modum percepit, in ſortem quotannis imputandum eſt.*

Haec principia exinde probantur:

a. *ex prohibitione generali illegitimarum vſurarum*,
b. *ob generalitatem L. 3. C. de pigner. act.*
c. per *L. 14. C. de vſuris*,
d. per *arg. L. 8. ff. in quibus cauſis pign. vel hypoth. tac. contrah.*

Plura vid. in *mea Diſſ. de Exceſſu vſurarum in pacto antichretico non tolerando.* Iunge Iure Sax. Dec. El. 22. de Anno 1746.

§. 14.

Tendit actio pignoratitia

6. *ad culpae leuiſſimae praeſtationem*, ſi vel ita conuentum, vel pignus in creditoris tantum vtilitatem tendat.

§. 15.

7. *ad caſus fortuiti praeſtationem*, ſi ita conuentum, vel culpa caſum praeceſſit, vel propria auctoritate pignus occupauit.

§. 16.

de fundamentis eorumque prob. §. 16-22.

Fundamenta huius actionis conſiſtunt

1. in eſſentialibus contractus pignoratitii, ſcilicet vt

a. *debitum principale adſit,*

b. *pignoris traditio facta ſit.*

Vtrumque probari debet, et ſi executiue agere velis, documentis guarentigionatis opus eſt.

§. 17.

Fundamentum

2. *quod diſſolutum ſit debitum principale.*

Modus itaque, quo ſublata eſt obligatio, probandus venit.

§. 18.

§. 18.

Poteſt quoque actor in iudicio offerre ſolutionem et pignus repetere, *L. 9. ſſ. 5. ff. de pignor. act.* vel creditore acceptationem ſolutionis denegante, locum habet depoſitio iudicialis, de cuius legitimis requiſitis vid. *L. 9. C. de ſolut. leg. L. 19. C. de vſur.*

§. 19.

In quaeſtione verſatur, *an, debitore in concurſum incidente, ſolutione nondum facta, creditor pignus ad maſſam concurſus tradere teneatur?* Extra Sax. triplex ſententia deprehenditur. Negant STRYCK ad BRVNNEM. *Proc. Conc. credit. c. 2. ſſ. 6.* RIVINVS in *Diſp. de Iure pign. moto concurſu. ſſ. 7.* Adſirmat SALYADO *in Labyr. credit. P. I. c. 11. n. 14.* Intermediam tradit LEYSERVS *Medit. ad Pand. ſpec. 231. Med. 1.* et tunc negatiuam defendit, ſi nullus potiorem hypothecam habeat. Alias adſirmat.

Mihi, extra Saxoniam, negatiua adcommodatior analogiae Iuris videtur.

In Sax. per O. R. tit. 41. §. 1. pignora maſſae concurſus reſtitui debent, eamque ob cauſam curator bonorum agit. Sed ex redacta inde pecunia ſatisfaciendum eſt creditori.

§. 20.

Fundamentum

3. *damnum culpa datum.*

In qua probatione repetenda ſunt in prioribus actionibus perſonalibus deducta.

§. 21.

Fundamentum

4. *pactum antichreticum* vel *expreſſe*, vel *tacite conſtitutum.*

Quo probato, obligatio ad reddendas rationes iuris eſt.

§. 22.

Fundamentum

5. *mora, quoad uſuras,*

6. *diſtractio pignoris facta,*

7. *ſi ad caſum fortuitum praeſtandum* actio inſtituatur, *eſt* vel *pactum*, vel *culpa caſum praecedens*, vel *propria auctoritate ſuſcepta occupatio pignoris.*

§. 23.

quamdiu duret? Competit haec actio intra triginta annos. Terminus autem *a quo*, ſecundum communem ſententiam receptam, demum a tempore diſſoluti debiti principalis currit. Conſentit B. Auus meus LÜDER MENCKEN *in Gymnaſ. Polem. diſp. 5. th. 19.* et alii, quos ibi allegat. Diſſentiunt MOLLENBEC. et FRANZK. *ad Pand. tit. de pignor. act. arg. L. 4. C. de praeſcript. 30. l. 40. annor.* De Iure Sax. vid. *P. 2. Conſt. El. 1.* quae priori ſententiae ſubſcribit.

§. 24.

§. 24.

Exceptiones conſule ſequentes: exceptiones oppon.

1. *debiti nondum ſoluti*
2. *integrae ſolutionis nondum factae,*
3. *debiti intempeſtiue, non rite oblati,*
4. *retentionis ob aliud debitum, ob impenſas, damna,*
5. *pignoris ſine dolo et culpa peremti,*
6. *pacti conuenti, vt ſtato die ſolutione non facta, creditor pignus pro iuſto pretio retineat,*
7. *pignoris legitime euicti,* vel *diſtracti,*
8. *pacti de retrouendendo adiecti,*
9. *fructuum cum vſuris compenſatorum.*

Libellus.

Rubricirter Kläger ſtellet klagend vor, welchergeſtalt er von Beklagten ein Darlehn erborget, und ihm dargegen ſeinen auf der Windmülen-Gaſſe vor dem Peters-Thore zwiſchen N. und N. Hauſe gelegenen Garten zum Unterpfande übergeben; Wann aber Kläger ſchon vor einem halben Jahre gedachtes Capital nebſt denen ſämtlichen Intereſſen wieder bezalet; Beklagter hingegen ſich ſo wenig zu Abtretung gedachten Gartens, als zu Ablegung der Rechnung von denen 3 Jahr lang aus dieſem Garten erhobenen Nutzungen in Güte verſtehen will: Als ſiehet

ſiehet ſich Kläger Klage zu erheben genö- tiget ꝛc.

Daß Beklagter den ihm verpfändet gewesenen Garten hinwiederum abzutre- ten, ſo wol derer erhobenen Nutzungen halber Rechenſchaft abzulegen, und alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu er- ſtatten ſchuldig.

## DE ACTIONE PIGNERATITIA CONTRARIA.

§. 25.

de act. P. contr. indole §. 25. 26. Eſt actio ciuilis perſonalis rei perſecutoria, b. f. et *datur creditori*, aut eius heredibus, *adverſus debitorem*, aut eius heredes, *ad indemnitatem conſequendam*.

§. 26.

funda- ment. Finis in eo conſiſtit:

1. *vt impenſae neceſſariae regulariter*, quandoque et vtiles, *reſtituantur*.
2. *ad damna reſarcienda*, *dolo*, *lata* aut *leui culpa data*.
3. *ad reſtituendum pignus ad tempus redditum. L. 3. et 22. ſ. penult. ff. h. t.*
4. *ad aliam rem pignori tradendam.*

§. 27.

§. 27.

Fundamentum eſt *ſecundaria debitoris obligatio ad omnem indemnitatem probandam.*

§. 28.

Exceptiones — exceptiones.

1. *impenſarum haud neceſſariarum,*
2. *vtilium contra prohibitionem abſolutarum,*
3. *ſcienter rem alienam accepiſti,*
4. *vitii rei pigneratae patentis,*
5. *remiſſionis expreſſae,*
6. *redditae rei oppigneratae,*
7. *in vlteriorem oppignorationem conſenſus,*
8. *alienationis creditoris voluntate factae,* et ſic
9. *tacitae remiſſionis.*

## SECT. II. CAP. II.

### MEMBRVM VI.

### DE ACTIONIBVS EX CONTRACTIBVS CONSENSVALIBVS, IN SPECIE EMTI VENDITI.

§. 1.

Contractus conſenſuales dicuntur, qui nihil praeter conſenſum in formam ſpecificam ad ſui perfectionem requirunt. Quorum ſpecies ſunt

a. EMTIO VENDITIO,

b. LOCATIO CONDVCTIO,

c. SOCIETAS,

d. MANDATVM,

e. EMPHITEVSIS.

§. 2.

*Emtio venditio* eſt *contractus conſenſualis, de re certa, pro certo pretio alteri tradenda, initus.*

§. 3.

Oriuntur ex hoc contractu actiones VTRINQVE DIRECTAE, Emti et Venditi.

### DE ACTIONE EMTI.

§. 1.

de A. E. indole §. 1—3.

ACTIO EMTI eſt actio ciuilis perſonalis, rei perſecutoria, b. f. et datur *emtori*, aut eius here-

heredibus, *aduerſus venditorem* aut eius heredes, *ad rem venditam tradendam et reliqua*, *quae* vel *ex natura contractus*, vel *ex pacto legitime adiecto*, *deſcendunt*, *praeſtanda*.

§. 2.

Competit *emtori*. *Ceſſionario*, aut *mandanti* VTILIS *datur*. *L.* 13. *ſ.* 25. *ff. de act. E. V.*

§. 3.

Inſtituitur *contra venditorem*, contra *mandantem* vero VTILIS. all. Leg.

§. 4.

Fines ſunt Fines A. E. §. 4. 11.

1. *ad rei venditae vacuam poſſeſſionem tradendam*,
2. *vt non vitioſa res et libera ab oneribus priuatis praeſtetur.*

§. 5.

Finis

3. *ad fructus, tempore perfectae emtionis nondum perceptos, neque pro perceptis iure habitos, reſtituendos.*

§. 6.

Finis

4. *ad pertinentias, ſcilicet quae vel ex lege, vel conſuetudine, vel deſtinatione et actuali adplicatione, aeſtimandae, ſimul tradendas.*

§. 7.

§. 7.

Finis

5. *ad theſaurum conſequendum*, *L. 1. C. de peric. et commod. rei vend.*

6. *ad omne intereſſe praeſtandum*, ſcil. ſi

   a. res vitioſa vendita,

   b. qualitas laudatae deficiant,

   c. ſi ſeruitutes, aut alia onera priuata, cohaereant et venditor hoc ſciuerit,

   d. ſi res ex praecedente vitio perierit,

   e. ſi pignus inhaereat,

   f. ſi venditor ſua culpa rem tradere nequcat.

7. *ad pretii dati reſtitutionem in caſibus* ſub d. et f.

§. 8.

Finis

8. *ad liberationem ab onere pignoris L. 5. C. de euict.*

§. 9.

Finis

9. *ad reſtitutionem eius, quod emtor creditori ad liberandam rem a pignoris onere dedit L. 3. C. de euict.*

§. 10.

Finis

10. *ad euictionem praeſtandam.*

§. 11.

Decertant DD. de quaeſtione: *an in pretii reſtitutione reſpiciendum ſit ad tempus venditionis, aut ad pretium, quod tempore euictionis iuſtum eſt?* Meam traditurus ſententiam aſſero:

*Pretium venditionis tempore datum, a venditore emtori, ad euictionem praeſtandam, reſtituendum eſſe. L. 13. et 53. ff. de euict.*

His tantum additis limitationibus:

1. *Si res euicta tempore euictionis melior exſiſtit, et tales ſunt meliorationes, quas emtor non recuperat ab euincente.* v. c. ſi ob alluuiones, coalitiones fundo quid acceſſerit, tunc venditor emtori, praeter pretium ab emtore datum etiam hoc praeſtare tenetur. Obſt. *L. 64. ff. de euict.*
2. *Si res deterior facta ipſius rei partiali interitu, tunc illud tantum pretium petere poteſt emtor, quod tempore euictionis iuſtum eſt. L. 66. et 70. ff. de euict.*

Aliter ſentiunt BOEHMERVS *ad Pand. tit. de euict.* LVDOVICI *in compendiolo Pand. eod. tit. §. 8.* confer. FRANZK *ad Pand.* et VOETIVS *ad Pand. eod. tit.*

§. 12.

Finis

11. *tendit ad leuis culpae praeſtationem.* Reliqui fines ex accidentalibus pactis dimanant.

§. 13.

eius fundamenta §. 13-16. Fundamenta ſunt

1. *contractus emtionis venditionis rite initus*, cuius eſſentialia ſunt:

α. conſenſus in rem certam tradendam pro pretio certo,

β. adimpletio contractus, ex parte actoris,

γ. fructuum perceptio poſt perfectum contractum. *Haec fundamenta actor probare tenetur.*

§. 14.

Fundamentum

2. eſt principium iuris *acceſſorium ſequatur principale.* Quod probationem attinet, probari debet exſiſtentia huius acceſſionis, quod vero pro acceſſorio habeatur, in probationem haud venit, niſi in ſpeciali lege aut conſuetudine, aut deſtinatione et illatione actor petitionem fundet.

§. 15.

Si ad intereſſe actio inſtituitur, ex his fundamentis vnum eſt proponendum, et reo negante, probandum, vel

1. *vitium rei venditae*, et *quod tempore venditionis iam adfuerit.* Vtrumque pro-

probandum eſt, ſed ſi intra triduum ſe exſerat, praeſumitur,

2. *quod qualitas promiſſa deficiat.* Probetur ergo promiſſio et defectus qualitatis.
3. *ſeruitus rei venditae inhaerens,*
4. *quod res perierit ex vitio tempore perfectae emtionis iam exſiſtente.* Reliqua fundamenta, in ipſis finibus traditis inuenies expoſita, eaque omnia probationi ſubiacent.

§. 16

*Perpetua eſt actio emti*, terminus vero *a quo* computabitur a tempore perfectae emtionis.

§. 17.

Exceptiones ſunt exceptiones oppon...

1. *nondum adimpleti contractus,*
2. *doloſae inductionis ad fidem de pretio habendam,*
3. *rei venditae ſine culpa leui exſtincta,*
4. *vitii patentis,*
5. *vitii poſt tempus contractus enati,*
6. *contractus, ob pactum commiſſorium vel addictionis in diem reſoluti,*
7. *fructuum ante perfectum contractum perceptorum,*
8. *pertinentiarum ante emtionem perfectam alii venditarum,*
9. *rerum ad temporalem tantum vſum,* ornatus vel cuſtodiae gratia *in fundo exſiſtentium,*

10. *ignorantiae ſeruitutis,*
11. *proteſtationis factae, de euictione, ratione onerum priuatorum, non praeſtanda,*
12. *ignorantiae pignoris conſtituti,*
13. *ſcienter rem oppignoratam emiſti,*
14. *intereſſe illiquidi, immoderati,*
15. *impenſarum in rem, vel fructus collocatarum,*
16. *remiſſae euictionis praeſtationis,*
17. *alienationem alieno nomine ſuſcepi,*
18. *rei culpa emtoris euictae,*
19. *rei non iudicialiter euictae,*
20. *poſſeſſionis tantum euictae,*
21. *ſciens rem alienam emiſti,*
22. *denunciationis* vel *plane non*, vel *non legitime factae.*

Libellus

ad euictionem praeſtandam.

Klaget kürzlich, welchergeſtalt er von Beklagten ſein Gut zu Groſtewitz nebſt allen pertinentien an Wieſen, Holz und Feldern vor 6000 thlr. erkauft, ihm auch dieſe Kauf-Summe entrichtet. Nachdem aber Kläger wegen der an der Gemeinde Hutung liegenden Wieſe, ſo wol wegen 2 Acker Holz, welches alles Kläger bey Erkaufung gedachtes Gutes als Pertinenz-Stücke mitgekaufet,

ſet, von Sempronio des Eigentums halber in Anſpruch genommen worden, Kläger auch Beklagten ſogleich dieſerwegen litem denunciret, welcher aber in termino nicht erſchienen: ſo iſt Kläger endlich durch Rechtskräftig geſprochenes Urtel obbemeldete Wieſe nebſt denen 2 Ackern Holz Sempronio abzutreten genötiget worden. Wann ſich denn Beklagter ſo wenig zu Erſtattung des Werthes obgedachter Grundſtücken, wovon die Wieſe auf 200 thlr., die 2 Acker Holz aber auf 400. thlr. durch Hauswirtſchafts-Verſtändige taxiret worden, als derer nach beygehender Liquidation ſub A. et B. verurſachten Schäden und Unkoſten an 110. thlr. verſtehen will; Als iſt Kläger zu klagen bewogen worden, fordert Einlaſſung und Antwort ſo wol auf die Klage als Liquidation ſub A. et B. und bittet hierauf zu erkennen:

Daß Beklagter die libellirten 200 thlr. und 400 thlr. als den Werth derer euincirten Grundſtücke, ſo wol die verurſachten Schäden und Unkoſten an 110. thlr. nicht weniger die Unkoſten dieſes Proceſſes zu erſtatten ſchuldig.

## DE ACTIONE VENDITI.

### §. 18.

ACTIO VENDITI eſt actio ciuilis, perſonalis, rei perſecutoria, bonae fidei, *quae da-* de indole A. V

*tur venditori*, aut eius heredibus, *aduerſus emtorem*, aut eius heredes, *ad pretium dandum*, *et reliqua*, *quae vel ex natura contractus*, *vel pacto adiecto dimanant*, *praeſtanda.*

§. 19.

ſines A. V. §. 19-26. Finis

1. principalis eſt, *vt pretium in determinata quantitate et qualitate ſoluat*,
2. *ad vſuras praeſtandas*, vel *promiſſas*, vel *ob moram*,
3. *ad impenſas* tam *neceſſarias*, quam *vtiles reſtituendas*.

§. 20.

Pacto commiſſorio reſolutiuo adiecto, tendit

1. *ad rem reſtituendam cum acceſſionibus*,
2. *ad fructus perceptos*, et *percipiendos praeſtandos*, niſi verbis obliquis pactum conceptum. vid. *L. 4. ſ. 1. ff. de lege commiſſ.*
3. *ad praeſtandam culpam leuem*, et *leuiſſimam* quoque et *caſum fortuitum*, poſtquam moram in ſoluendo pretio contraxit.

§. 21.

Ex hoc pacto contra tertium agere nequit, ſed rei vindicatione vti poteſt, ſi verba obliqua pacto haud adiecta *L. f. ff. de lege commiſſ.* Secundum praxin tamen ex hoc pacto contra tertium agi poteſt

1. ſi

1. *ſi tertius ſciuerit pactum,*
2. *ſub hypotheca reali conceptum ſit.*

§. 22.

Pacto addictionis in diem reſolutiuo contractui inſerto, iidem fines obtinebunt, hoc tantum obſeruato, quod ſi emtor primus, meliori conditione oblata, idem praeſtet, ille rem retineat, et fructus tantum reſtituere teneatur.

§. 23.

Ex pacto retrouenditionis, appoſito contractui, actio haec tendit,

1. *ad rem venditam, pretio oblato, reſtituendam,*
2. *damna culpa data reſarcienda,*
3. *ad fructus vltimi anni pendentes pro rata reſtituendos. L. 2. C. de pact. inter emt.*

§. 24.

Si in contractu emtionis pactum de iure protimiſeos adiectum eſt, atque ex hoc iure venditor agat, finis eo procedit:

1. *vt res tradatur, ſoluto pretio, quod extraneus obtulit, cum acceſſionibus,*
2. *vt fructus, poſt oblatum ab emtore pretium, percepti reſtituantur,*
3. *ad intereſſe praeſtandum*, ſi forſan extraneo iam res ſit tradita et contra tertium, actio non ſuppetat.

§. 25.

Quatenus contra tertium ex hoc pacto agi poſſit, intelliges ex his, quae ſupra commemoraui in pacto commiſſorio.

§. 26.

Cum autem contra tertium difficilior ſit actio, conſultius venditor intelligens, emtorem rem alteri traditurum, vel impetrabit praeceptum de non alienanda re, quod et extra Saxon. auxilium praeſtat, vel appellabit contra traditionem die Lehnsreichung coram iudice rei ſitae.

§. 27.

eius fundamenta §. 27-32

Fundamenta ſunt

1. *eſſentialia emtionis*, de quibus ſupra actum,
2. *adimpletio contractus ex parte actoris facta*,
3. *tempus pretii promiſſi*, ſi ſcilicet fides habita ſit de pretio,
4. *vſurarum* vel *promiſſio*, vel *mora emtoris*,
5. *impenſarum collatio in rem* vel *fructus facta, poſt perfectum contractum.*

Atque haec omnia probanda ſunt.

§. 28.

Intuitu pacti commiſſorii illud fundamenti loco adduci, et deinde negante reo, probari debet. Damna pariter petat actor, atque probet.

§. 29.

Si ex pacto addictionis in diem agere cupias

1. *ipſum pactum quibus verbis initum ſit, exprimas.* Probe enim circumſpicere oportes, an hoc pactum ſub conditione ſuſpenſiua, aut reſolutiua ſit initum.

§. 30.

2. eſſentialia huius pacti probe in conſiderationem ducas, vt adpareat
   a. *meliorem conditionem eſſe oblatam,*
   b. *quod venditor eam acceptare velit. L. 9. ff. h. t.*
   c. *quod denunciauerit emtori L. 7. et 8. ff. eod.* Conſultum erit aliquando adiicere, quod emtor illud, quod meliori conditione oblatam ſupplere nolit, quo ipſam rei reſtitutionem petere poſſis.

§. 31.

Ex pacto retrouenditionis incumbit

1. *pacti curata adiectio,*
2. *tempus vt exprimatur,* ſi vel terminus *a quo,* vel *ad quem* determinatus ſit,
3. *quod obtulerit determinatum pretium,*
4. cum aliquando *ad intereſſe* tantum *competat actio,* eo nomine requiritur vel
   a. *deterioratio rei,* vel
   b. *quod culpa perierit,* vel
   c. *quod alii tradiderit,*

5. contra tertium actione inſtituta probes, vel
   a. *verbis directis pactum eſſe conceptum*, vel
   b. *hypothecam eo nomine eſſe conſtitutam*, vel
   c. *quod ſciuerit hoc pactum.*

Illudque pariter in reliquis pactis reſolutiuis attendere neceſſe habet actor.

§. 32.

Ratione pacti protimiſeos

1. *pactum ipſum* eiusque *conditiones* adiicias,
2. *quod emtor* vel *vendere* vel *in ſolutum dare alii velit*,
3. *quod actor idem obtulerit*, vel *adhuc legitime offerat.*

§. 33.

de foro compe-tenti.

Haec actio vel coram iudice *domicilii*, vel *contractus* inſtitui poteſt, idemque obtinet, ſi ex pacto reſolutiuo ad diſſoluendum quis agat.

§. 34.

quamdiu duret? §. 34-39.

Competit perpetuo. Ratione termini *a quo* dicta de actione emti obſerues.

§. 35.

Ratione pactorum vero contractui adiectorum, terminus *a quo*, diuerſo modo inueſtigandus eſt.

§. 36.

§. 36.

*In pacto commiſſorio* terminus *a quo*, vel *a tempore ſolutioni definito*, vel, hoc non determinato, *ab interpellatione facta*, incipit. Neque moram purgari poſſe ab emtore contra BERG. *in Oec. Iuris L. 3. T. 5. th. 7. n. 2.* aliosque, in praelectionibus defendam.

§. 37.

*In pacto addictionis in diem*, exſiſtentia conditionis reſolutiuae *terminum a quo* ſiſtit. Hinc *ab eo tempore, quo meliorem conditionem oblatam emtori denunciauit, computatio eſt inchoanda.*

§. 38.

*Ratione iuris retrouendendi* ſ. *reluendi* tres caſus diſtinguas:

1. *ſi nullum tempus* iuri reluendi per pactum *praefinitum*, Iure ciuili *30. annis praeſcribitur huic iuri*, et terminus *a quo*, a tempore initi pacti computatur. Iure vero Saxon. nulla temporis praeſcriptio tunc locum inuenit. *P. 2. C. El. 1.*
2. ſi ita, *vt, quandocumque placuerit venditori, reluere liceat* conuentum ſit, nec Iure ciuili, nec Saxon. per *all. ante conſt.* praeſcribitur iuri reluendi,
3. *ſi* vero *certum terminum iuri reluendi pactum definit*, aut
   a. *terminus ad quem* definitus eſt, v. c. binnen 6. Jahr, *hoc tempore elapſo* exſtin-

exſtinguitur ius reluendi. Quod ſi vero intra hoc tempus pretium venditor ad reluendum obtulerit, emtor vero moram in reſtituendo nectat, *intra triginta annos*, a tempore oblationis, *venditor agere* adhuc *poteſt*.

b. *ſin* autem *terminus a quo in* pacto conſtituatur, *triginta anni* connumerandi ſunt, a tempore *termini a quo* elapſi.

§. 39.

*Iuri protimiſeos* pariter *triginta annis praeſcribitur*, quorum initium a tempore alienationis incipit.

§. 40.

Tranſit haec actio *vtrimque* ad heredes, niſi forte vel ad vitam paciſcentium, vel ad certas perſonas reſtrictum pactum intelligas.

§. 41.

Exceptiones hae ſunt

1. *alternatiuae obligationis* et ſic *inepti libelli*,
2. *doli, metus, erroris, ſimulationis*,
3. *rei non rite deſcriptae*,
4. *nondum adimpleti contractus*,
5. *laeſionis vltra dimidium*,
6. *plus petitionis ratione temporis*,
7. *deficientis promiſſionis vſurarum*,
8. *retentionis ob imminentem euictionem*,

9. *pre-*

9. *pretii iudicialiter depoſiti,*
10. *compenſationis,*
11. *ſolutionis, nouationis,*
12. *rei euictae,*
13. *rei ex praecedente vitio peremtae,*
14. *rei culpa venditoris exſtinctae,*
15. *rei ob vitium latens nullum vſum praeſtantis*, adeoque *redhibendae,*
16. *rei venditae ob vitium minoris pretii habendae,*
17. *impenſarum immodicarum, voluptuariarum,*

ratione PACTI COMMISSORII.

18. *pacti obliquis verbis concepti,*
19. *actionis perſonalis contra tertium poſſeſſorem non competentis,*
20. *renunciationis expreſſae* vel *tacitae,*
21. *temporis ad ſolutionem definiti nondum elapſi,* vel *prolongati a venditore,*
22. *morae purgatae,*
23. *damni culpa non dati,*
24. *partis pretii iam ſoluti,*

ratione PACTI ADDICTIONIS IN DIEM.

*Exceptiones 18. 19. 20. 23.* etiam in hoc pacto adplicari poſſunt,

25. me-

25. *melioris conditionis haud oblatae,*
26. *ſimulationis, doli, colluſionis,*
27. *acceptationis non ſecutae,*
28. *reliqui venditores non conſenſerunt,*
29. *denunciationis haud factae,*
30. *oblati ſupplementi.*

ratione PACTI DE RETROVENDENDO.

31. *pacti ſua natura reſolutiui ex nunc,*
32. *reluitionis voluntate emtoris tantum in pacto permiſſae,*
33. *pacti ad paciſcentes reſtricti,*
34. *termini a quo nondum elapſi,*
35. *termini ad quem iam elapſi*, adeoque exſtincti iuris reluendi,
36. *pretii nondum oblati,*
37. *meliorationum nondum praeſtitarum,*
38. *remiſſi iuris reluendi,*
39. *rei cum conſenſu venditoris venditae et traditae*, adeoque *tacitae renunciationis factae,*
40. *rei caſu peremtae.*

ratione PACTI PROTIMISEOS:

41. *alienationis a iure protimiſeos alienae,*
42. *oblationis nondum factae.*

Libel-

Libellus.

Klaget, wasmaſſen Beklagter von ihm den 1. Sept. 1744. ſein in der Petersſtraſſe zwiſchen Caii und Sempronii Häuſern belegenes Haus vor 10000 thlr. in Louis blanc verkaufet, und ſolches Kaufgeld in 2 Terminen, nemlich Oſtern 1745. und Mich. eiusd. an. jedesmahl die Helfte an 5000 thlr. nebſt den landüblichen Intereſſen zu bezahlen verſprochen. Wann dann Kläger dieſes Haus Beklagten bereits den 15. Sept. 1744. in Lehn und Würden reichen laſſen, von Beklagten aber die Bezalung des Kaufgeldes nebſt denen Intereſſen nicht in Güte erlangen können; Als iſt ꝛc.

Daß Beklagter die libellirten Kaufgelder an 10000. thlr. nebſt denen von Zeit des geſchloſſenen Kaufes aufgelaufenen Intereſſen, auch denen verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

Libellus act. venditi ex pact. addictionis in diem.

Klaget, welchergeſtalt er Beklagten ſeinen vor dem Petersthore in der Windmühlen-Gaſſe zwiſchen N. und N. gelegenen Garten vor 3000 thlr. verkauft, und übergeben, doch mit dieſer Bedingung, daß wenn jemand binnen einem Vierteljahre. von Zeit der Uebergabe angerechnet, mehr davor geben wolte, dieſer unter Kläger und Beklagten geſchloſſe-

ſchloſſenen Contract null und nichtig seyn ſollte. Wann dann Kläger vor 6 Wochen Sempronius 3500 thlr. vor obgedachten Garten geboten, und Kläger demſelben, dafern Beklagter die 500. thlr. dem Kaufgelde nicht zuſetzen wollte, den Garten käuflich zu überlaſſen verſprochen, Beklagter aber, da ihm von Kläger diesfalls Eröfnung geſchehen, ſich ausdrücklich, daß er nicht mehr geben wolle, erkläret, gleichwol den Garten nebſt denen erhobenen Nutzungen, ohnerachtet ihm Kläger das Kaufgeld nebſt denen Intereſſen offeriret, zu übergeben ſich verweigert; Als iſt ꝛc.

Daß Beklagter den libellirten Garten nebſt denen erhobenen Nutzungen vermittelſt richtiger Rechnung gegen Empfang des Kaufgeldes und Intereſſen Klägern hinwieder zu extradiren, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

Libellus actionis venditi ex pact. Commiſſorio.

Stellet klagend vor, welchergeſtalt er Beklagten ſeinen vor dem Schloßthore alhier gelegenen Weinberg um und vor 2000 thlr. ganzer Kauf-Summen dergeſtalt verkaufet, und gerichtlich übergeben, daß dafern Beklagter nicht Oſtern 1745. die Kauf-Summe gänzlich bezalen würde, ſotaner Kauf-Contract

tract vor null und nichtig geachtet, und Klägen das Eigentum an dieſem verkauften Weinberge ipſo iure daran hinwieder zuſtehen ſollte. Nachdem nun Beklagter dieſen terminum ſolutionis, ohne das Kaufgeld zu entrichten vorbeyſtreichen laſſen, mithin der Kauf-Contract ipſo iure erloſchen iſt, ſo verweigert ſich dennoch Beklagter gedachten Weinberg nebſt denen erhobenen Nutzungen Klägern zu übergeben; Dahero Kläger zu klagen ſich genötiget ſiehet ꝛc.

Daß Beklagter den libellirten Weinberg, nebſt denen erhobenen Nutzungen, Klägern vermittelſt richtiger Rechnung zu übergeben, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

Libellus act. venditi ex pacto de retrouendendo.

Bringet klagend an, welchergeſtalt er Beklagten den 3. Sept. 1745. ſein in den Hälliſchen Gäßgen zwiſchen N. und N. gelegenes Haus vor 5000. thlr mit Vorbehalt des Wiederkaufs dergeſtalt verkaufet, daß, dafern Kläger, als Verkäufer, binnen 6. Jahren durch Bezalung gedachter Kaufſumma das Haus wider einlöſen werde, der getroffene Kauf ipſo iure null und nichtig geachtet werden, und Verkäufern das Eigenthum hinwieder daran zuſtehen ſolle. Wann dann Kläger ſchon vor einem halben Jahre Beklag-

klagten das Kaufgeld, nebſt denen landüblichen Intereſſen baar offeriret, Beklagter aber gegen Empfang deſſelben das libellirte Haus nebſt denen erhobenen Nutzungen Klägern abzutreten ſich verweigert: als ꝛc.

Daß Beklagter gegen Empfang der Kaufſumma an 5000. thlr. und Intereſſen Klägern das libellirte Haus cum fructibus perceptis et percipiendis, vermittelſt richtiger Rechnung abzutreten, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

Ex iure protimiſeos.

Kläger klaget, welchergeſtalt er Beklagten ſein in der Kornſtraße zwiſchen N. und N. gelegenes Haus vor 300 thlr. verkauft auch gerichtlich übergeben, darneben ſich aber bey künftiger Veräuſerung das Vorkaufsrecht ausdrücklich vorbehalten. Wenn aber Beklagter dem ohngeachtet dieſes an denſelben verkaufte Haus Sempronio, ohne Kläger das Vorzugsrecht zu geſtatten, vor 400. thlr. zu verkaufen, und zu übergeben willens iſt; als ſiehet ſich Kläger dieſerhalb Klage zu erheben genötiget ꝛc.

Daß Klägern das Vorkaufsrecht an dem libellirten Hauſe zuſtändig, Beklagter dannenhero Klägern daſſelbe gegen Erlegung derer 400 thlr. käuflich zu überlaſſen, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

§. 42.

§. 42.

Antequam ad alium contractum transeo, de actionibus ad impugnandam emtionem tradentibus agendum eſt. Contingit autem hoc quando ad impugnandam emtionem agi poſſit.

1. *ob dolum,*
2. *metum,*
3. *errorem,*
4. *vitium rei venditae,*
5. *laeſionem vltra dimidium,*
6. *ob pactum, ſi diſplicuerit,*
7. *ob reſtitutionem in integrum.*

§. 43.

Ob dolum cauſam dantem contractui, *contractus nullus eſt*, adeoque, *ſi decipiens contra deceptum agat*, exceptione doli repellitur, vel, *ſi deceptus ad repetendum*, quod ex ſua parte iam dedit, *experiri velit*, datur *actio emti* vel *venditi* vid. *L. 11. ſ. 3. et 6. ff. de act. emt.* Poteſt tamen deceptus *actione vtili* ex hoc contractu agere ad intereſſe praeſtandum. *L. 13. pr. et ſ. 5. ff. de act. emti.* ob dolum §. 43. 44.

§. 44.

Ob dolum incidentem, *actio* vel *venditi* vel *emti* ad intereſſe datur. *all. L. ſ. 4. et 5.*

§. 45.

Ob metum, vel *exceptione*, vel *actione quod metus cauſa* ſibi conſulat; de qua actione deinceps ſub actionibus in rem ſcriptis latius diſſeram. ob metum.

§. 46.

ob errorem §. 46. 49. Error quoque huic contractui obeſt, et datur eo nomine *actio emti*, vel *venditi L. 11. ſſ 6. ff. de act. emt.*

§. 47.

Si error *ſubſtantialis* eſt circa id admiſſus, quod partes principaliter reſpexerunt, ad annullandum contractum actio competit. vid. all. leg.

§. 48.

Sin vero *accidentialis* ſit error in eo admiſſus, quod partes minus principaliter reſpexerunt, vel actio emti ad intereſſe, vel quanti minoris actio Aedilitia inſtitui poteſt. Leg. all. §. 3.

§. 49.

In his actionibus negotium curate exponendum eſt, vt declaratio mentis contrahentium adpareat, an ſubſtantialis, aut accidentalis error ſit. Error quoque probandus venit.

§. 50.

ob vitium rei venditae §. 50 58. Ob vitium rei venditae, vel *actio redhibitoria* vel *quanti minoris* conſulit. Sed et actione emti experiri poſſe emtorem, confirmat L. 11. §. 3. ff. de act. emti.

§. 51.

ACTIO REDHIBITORIA eſt actio Aedilitia, perſonalis, *quae emtori* et eius heredibus *datur, aduerſus venditorem, vt rem venditam, ob vitium*, vel *nullam utilitatem*, vel *non eam, quam emtor principaliter in contractu*

*ctu intendit, praeſtantem, recipiat, pretiumque reſtituat.*

§. 52.

Tendit

1. *ad rem venditam recipiendam,*
2. *ad reſtituendum pretium,*
3. *ad intereſſe,* ſi ſciuerit venditor vitium. *L. 13. ff. de act. emti.*
4. *ſi reus contumax eſt in pretio reſtituendo, duplum ab eo peti poteſt. L. 45. ff. h. t.*

§. 53.

Requiſita ſunt

1. *vitium in re vendita,* ratione corporis, non animi,
2. *vitium quod* vel *omnem vſum,* vel *in contractu principaliter expreſſum, impedit,*
3. *vitium latens,*
4. *vt hoc vitium tempore venditionis iam exſtiterit,* quod probandum, niſi intra triduum ſe prodat,
5. *quod venditor ſciuerit vitium,* ſi ſcilicet ad intereſſe agitur.

§. 54.

Praxis Saxonica ſecundum CARPZ. *P. 2. C. El. 34. d. 17.* quoad equos, quatuor tantum vitia admittit, ſi

1. retrogradus,
2. caecus,
3. ſcabioſus,
4. pituitoſus ſit. Nec tamen conſtans haec ſententia in foro eſt.

§. 55.

Durat per ſex menſes, *continuos* ratione initii, *vtiles* ratione curſus. *L. 19. ſſ. f. ff. de aedil. edict.* niſi vitium valde occultum ſit. *v. L. 55. ff. eod.*

§. 56.

ACTIO QVANTI MINORIS eſt aedilitia perſonalis et *datur emtori aduerſus venditorem, vt tantum de pretio reſtituatur, quanti minoris res, cognito vitio, aeſtimanda venit.*

§. 57.

Fundamenta conſiſtunt

1. *in vitio, quod rem deteriorem reddit.*
2. *quod hoc vitium tempore venditionis exſtiterit.*

§. 58.

Per annum *vtilem* ratione *curſus et initii* durat. *L. 19. ſſ. f. ff. h. t.* Concurrit autem electiue cum actione emti, quam tamen, ſi ratione vitii inſtituatur, anno exſpirare, inconvenienter adſeritur.

§. 59.

§. 59.

Ob laeſionem vltra dimidium competit REMEDIVM EX LEG. 2. *C. de reſcind. emt. vend.* ob laeſionem vltra dimidium §. 59-67

§. 60.

Hoc remedium eſt actio ciuilis, perſonalis, rei perſecutoria, quae *datur laeſo vltra dimidium aduerſus laedentem, vt* aut *laeſio corrigatur*, aut *emtio reſcindatur.*

§. 61.

*Vtiliter* etiam ad alios contractus oneroſos adplicatur.

§. 62.

Petitum *alternatiue* eſt concipiendum, *vt* vel *corrigatur laeſio*, vel *ab emtione diſcedatur.* Vltimum ſi elegerit emtor contractus reſoluitur ex nunc. *An tabella, laudemium repeti poſſint* quaeritur.

§. 63.

Si res emta perierit, quaeritur *an remedium competat?* Diſtinguendum,

1. *ſi venditor laeſus eſt*, et periit apud emtorem, *tunc obtinebit, ſi dolo* vel *culpa res interierit*, non ſi caſu fortuito,
2. *ſi emtor laeſus eſt, indiſtincte venditor obligatus eſt*, quia adhuc locupletior exſiſtit. Diſſentit in hoc caſu B. Auus LÜDER. MENCKEN *in tract. ſynopt. Pand. h. t. ſſ. 5.*

§. 64.

Fundamenta ſunt:

1. *laeſio vltra dimidium.* Spectatur autem commune pretium, aeſtimandum a peritis, temporis et loci ratione habita,
2. *laeſio cum iniuſtitia coniuncta.* Sciens iuſte laeditur. *L. 53. ff. de R. A.*
3. *vt dolus abſit.*

§. 25.

In foro domicili, non contractus, inſtitui debet, cum tendat ad reſcindendum contractum.

§. 26.

Triginta annis exſpirat, computandis a tempore contractus.

§. 27.

Exceptiones ſunt

1. *rei ob raritatem communi pretio non aeſtimandae,*
2. *laeſio tempore contractus non exſtitit,*
3. *laeſionis infra dimidium,*
4. *ſciuiſti rerum pretium,*
5. *donationis,*
6. *contractus iuramento confirmati,*
7. *aleae emtae,*
8. *alienationis pro hoc pretio ob vltimam voluntatem factae,*
9. *rei ſine dolo, aut culpa peremtae,*
10. *renunciationis,*
11. *praeſcriptionis.*

SECTIO

## SECT. II. CAP. II.

### MEMBRVM VII.

### DE LOCATI CONDVCTI ACTIONE.

§. 1.

*Locatio conductio* eſt contractus conſenſualis de vſu rei, vel opera pro certa mercede praeſtanda. Exinde oritur *actio locati* et *conducti*. de act. locati indole §. 1—4.

§. 2.

ACTIO LOCATI eſt ciuilis, perſonalis, b. f. rei perſecutoria, *quae datur locatori*, aut eius heredibus, *aduerſus conductorem*, aut eius heredes, *ad mercedem ſoluendam et reliqua*, vel *ex natura contractus*, vel *pacto adiecto dimanantia*, *praeſtanda*.

§. 3.

Succeſſori ſingulari actio, quia perſonalis eſt, non competit, niſi ex iure ceſſo agat.

§. 4.

Tendit

1. *ad mercedem ſoluendam*,
2. *ad rationes reddendas de fructibus*, *ſi loco mercedis partem fructuum dare debet*,
3. *ad rem locatam finita locatione reſtituendam*,
4. *ad rem locatam ante finitum tempus reſtituendum*, quoties leges locatorem a vinculo obligationis ob iuſtam cauſſam liberant,

5. *ad damna lata aut leui culpa data reſarcienda.* Aliquando de culpa leuiſſima quoque tenetur.

6. *ad vſuras* vel *promiſſas* vel *ex temporae morae praeſtandas.*

§. 5.

de eius fundam. §. 5-11. Fundamenta ſunt

1. *eſſentialia contractus*, ſcil. *conſenſus*,
   a. *de vſu rei concedendo*, vel *opera praeſtanda*,
   b. *in certam mercedem.*

§. 6.

2. *Quod dies venerit ſoluendae mercedis.* Quo nomine primario ad pactum, vel legem aut conſuetudinem reſpicias; ſi non conſtat exinde, tunc in *locatione rerum*, vel poſt finitum vſum, vel tempus ad quod partes in determinatione quantitatis mercedis reſpexerunt, peti poteſt merces, in *locatione operarum* poſt operas praeſtitas mercedem iure poſcit.

§. 7.

3. Requiritur, *vt actor ex ſua parte adimpleuerit contractum*, vel *adimplere facto conductoris impeditus ſit.*

§. 8.

4. Requiritur, *vt finita ſit locatio*, ſi ſcilicet ad reſtituendam rem agatur.

§. 9.

5. *Si res locata ante abſolutum locationis tempus repetitur, iuſtam actor allegare debet cauſſam in legibus adprobatam,* vtputa

a. *ob neceſſitatem improuiſam. L.3. C. h. t.*
b. *ob abuſum.* ead. leg.
c. *ob moram in non ſoluta mercede. L. 56. ff. eod.*
d. *ob pactum commiſſorium adiectum,*
e. *ob refectionem neceſſariam*, ob quam conductor inhabitare tempore refectionis nequit. *L. 3. C. eod.*

§. 10.

6. Quoad reparationem damnorum probanda eſt:

1. *exſiſtentia damni,*
2. *quod culpa lata* aut *leui datum,*
3. *quantitas damni.*

§. 11.

7. *De caſu fortuito* quoque *haud obſtringitur conductor*, niſi vel mora, vel pactum probetur.

§. 12.

Exceptiones nota — exceptiones oppon.

1. *nondum adimpleti contractus,*
2. *tecum non contraxi,*
3. *plus petitionis ratione temporis,*
4. *compenſationis, ſolutionis,*

5. *pur-*

5. *purgatae morae,*
6. *mercedis ob calamitatem remittendae,* modo tamen probetur
   a. inconſuetam,
   b. extrinſecus contingentem,
   c. ſine culpa conductoris,
   d. in fructibus nondum perceptis,
   e. intolerabilem eſſe calamitatem, vid. *Dec. El. Sax. Nov. XX. de Ao. 1746.*
7. *deſertionis rei locatae iuſta ex cauſſa ſuſceptae,*
8. *laeſionis vltra dimidium,*
9. *tacitae renouationis.* vid. *Dec. Sax. El. Nov. XXI. de Ao. 1746.*
10. *vſus nondum finiti,*
11. *competentis praelationis,* prae nouo conductore,
12. *retentionis ob impenſas,*
13. *retentionis ob damna,*
14. *neceſſitatem praeuidere potuiſti,*
15. *refectionis non neceſſariae,*
16. *refectio inhabitationem non impedit,*
17. *deficientis abuſus,*
18. *damni caſu fortuito dati,*
19. *damni a tertio dati.*

Reliquae exceptiones, pacta adiecta reſpicientes, ex antecedentibus actionibus expoſitis depromi poſſunt.

Libellus.

Bringet klagend an, wasmaßen er zu N. ſein gelegenes Bauerguth nebſt allen Pertinenz-

Stü-

Stücken Beklagten auf 3 Jahr, vom 1 Jan. 1743. bis dahin 1747. jährlich vor 200. thlr. Pachtgeld verpachtet, und Beklagter dieſen Pachtzins in zwey Terminen, nemlich Johannis und Neujahr zu bezahlen verſprochen. Wann dann Beklagter die beyden leztern Termine vom 1 Jan. 1746. bis dahin 1747 bis dato nicht entrichtet, ſich auch zur Bezahlung derer ſchuldig verblicbenen 200. thlr. Pachtgelder in Güte nicht verſtehen will; als ꝛc.

Daß Beklagter die libellirten rückſtändigen Pachtgelder vom 1 Jan. 1746. bis dahin 1747 an 200. Rthr. nebſt denen Intereſſen von der Verfallzeit zu bezahlen, auch alle verurſachte Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

## DE ACTIONE CONDVCTI.

§. 13.

ACTIO CONDVCTI eſt ciuilis, perſonalis, rei perſecutoria, quae *datur conductori* eiusque heredibus, *aduerſus locatorem*, aut heredes, *ad vſum rei*, vel *operas*, *et reliqua ex natura contractus*, vel *pacto conuento deſcendentia*, *praeſtanda*. de A. C. indole §. 13-15.

§. 14.

Contra ſingularem ſucceſſorem haec actio non competit, quoties tamen pactum de non alienando cum locatore conductor iniit, et hypotheca iuncta eſt, ſatis conductoribus proſpici-

ſpicitur, quia nulla eſt alienatio. *L. 7. ſ. f. ff. de diſtr. pign.*

§. 15.

Tendit haec actio

1. *ad vſum concedendum,*
2. *ad operas praeſtandas,*
3. *ad intereſſe praeſtandum,*
4. *ad ſatisfaciendum promiſſis in contractu,*
5. *vt patiatur conductorem ante finitum locationis tempus diſcedere,*
6. *ad mercedis reſtitutionem*, vel *remiſſionem,*
7. *ad impenſas neceſſarias et vtiles*, et aliquando *voluptuarias* etiam *reſtituendas,*
8. *ad reſarcienda damna.*

§. 16.

de eius fundam. §. 16-18. Fundamenta ſunt generalia requiſita contractus locationis, de quibus ſupra, et haec ſufficiunt ad 1. et 2. finem.

§. 17.

Reliqui fines praeter haec alia fundamenta requirunt, hinc

*in tertio fine attendas* vel

a. dolum et culpam, qua non praeſtitus vſus, vel

b. obſcurationem luminum vel aliud impedimentum vſus,

c. vel

c. vel quod locator reuocabile ad ſe tantum pertinere dominium reticuerit, ac reuocatio ſecuta ſit.

*in quarto fine.*

Pactum ſpeciales promiſſiones continens.

*in quinto fine.*

a. vtilitatem omnem interceptam,
b. belli tempus, metum ſpectrorum iuſtum,
c. refectionem vſum rei conductae impedientem.

*in ſexto fine.*

Si merces iam praenumerata ſit, et reſtitutionem, aut praenumeratione haud facta, remiſſionem vrgeas, fundamenta erunt,

a. cauſſae ad quintum finem expoſitae,
b. ſterilitas, cuius requiſita ſupra ad except. 6. tradidi. Vid. *Dec. El. Nov. 20. de Ao. 1746.*

*in ſeptimo fine.*

Impenſarum vel neceſſitas, vel vtilitas, vel voluntas conductoris actionem informabunt.

*in octauo fine.*

Damnorum exſiſtentia ex dolo, vel lata vel leui culpa locatoris probanda eſt.

§. 18.

Contra heredes locatoris non datur, ſi locatio ſit operarum, cum ſpecialis perſonae induſtria eligatur.

§. 19.

§. 19.

exce-
ptiones.
oppon.

Exceptiones ſequentes adplica:

1. *promiſſionis conditionatae factae,*
2. *nondum adimpleti contractus,*
3. *valetudinis aduerſae,* vel *alius impedimenti legitime operarum praeſtationem impedientis,*
4. *improuiſae neceſſitatis, ob quam ipſe locator re conducta indiget. L. 3. C. locati.*
5. *abuſus rei locatae,*
6. *mercedis intra biennium non ſolutae,*
7. *pacti commiſſorii conſtituti,*
8. *pacti addictionis in diem reſolutiui,*
9. *qualitatis reuocabilis dominii praedictae,*
10. *ſterilitatis conſuetae,*
11. *ex ipſo vitio fundi contingentis,*
12. *culpa calamitatem ſentis,*
13. *modicae ſterilitatis,*
14. *cum vbertate priorum annorum compenſatae,*
15. *contractus ante Dec. El. 20. de Ao. 1746. initi,*
16. *mercedis ad ſex annos per auerſionem conſtitutae,* et
17. *ſic ante elapſos 6. annos deficientis iuris agendi,*
18. *caſus fortuiti pacto recepti,*
19. *vitii rei locatae praedicti,*
20. *impenſarum immodicarum,*
21. *voluptuariarum contra voluntatem collocatarum.*

Libellus.

Bringet klagend an, wasmaßen er von Beklagten 8. Wieſen in der ſogenannten Trojaner Flur in Weyda auf 2 Jahr, von Michaelis 1747. bis dahin 1749, für 10. thlr. abgemiethet, dieſe aber in dem letzten Jahre durch einen gefallenen Wolkenbruch dergeſtalt überſchwemmet und beſchlemmet worden, daß Kläger von denen ſämtlichen Wieſen weder Heu noch Grummet brauchen können. Wann aber Kläger den Pachtzins an 100. thlr. Beklagten bereits praenumerando bezahlet, Beklagter aber, ohnerachtet er denen Rechten nach den mercedem zu erlaſſen verbunden, ſich zu deſſen Wiedererſtattung nicht verſtehen will; Als iſt ꝛc.

Daß Beklagter wegen des von Klägern erlittenen gänzlichen Mißwachſes, den von Klägern praenumerando erhaltenen Pachtzins nebſt allen verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

## SECT. II. CAP. II.

### MEMBRVM VIII.

### DE ACTIONE PRO SOCIO.

§. 1.

de act. pro ſoc. indole §. 1—5.

*Contractus ſocietatis* eſt *conſenſualis de re,* vel *opera ad commune lucrum conferenda.*

§. 2.

Naſcitur exinde ACTIO PRO SOCIO *vtrinque directa*, quae eſt perſonalis, rei perſecutoria, b. f. quae datur *ſociis*, et eorum heredibus, *aduerſus ſe inuicem ad rem, vel operam conferendam, rationes reddendas, lucra communicanda, damna reſarcienda, et reliqua*, vel *ex natura contractus*, vel *pacto adiecto dimanantia, praeſtanda.*

§. 3.

Vno ſociorum in concurſum incidente, curator bonorum actionem nomine creditorum, qui in debitoris locum ſuccedunt, inſtituere poteſt.

§. 4.

Fines huius actionis ſunt:

1. *ad conferendas res*, vel *operas praeſtandas.* In ſocietate tamen vniuerſaliſſima fingitur traditio. *L. 1. ff. 1. L. 2. ff. h. t.*
2. *ad ceſſionem nominum* etiam in generaliſſima. *L. 3. ff. h. t.*

3. *ad reddendas rationes*, vocatur die Balance ziehen. *Hinc inuentarium edendum eſt.*
4. *ad lucri communicationem*,
5. *ad inaequalem diuiſionem corrigendam.* arg. *L. 3. C. commun. vtr. iud.* potiſſimum, quia ſubeſt error calculi,
6. *vt arbitratoris iniqua ſententia arbitrio iudicis moderetur. L. 76. 78. et 79. ff. pro ſoc.* In *Leg. 78.* verba in *Lege 79:* BONAE FIDEI IVDICIVM &c. declarantur de actione pro ſocio,
7. *ad impenſas pro rata reſtituendas*, ſcil. in generali et particulari ſocietate.
8. *ad damna dolo, lata et leui culpa data reſarcienda.* Intelligitur autem culpa in concreto; ſi ipſe in ſuis rebus ſit diligentiſſimus paterfamilias etiam leuiſſimam culpam praeſtare debet, idemque obſeruandum, ſi ita conuentum.
9. *ad damnum caſu fortuito exſiſtens, pro rata ferendum.* Si ita conuentum, etiam ſolus omne damnum ferre tenetur.
10. *ad intereſſe praeſtandum*, ſi ſocietas ad tempus contracta, et ante illud absque iuſta cauſa diſcedat.

§. 5.

Ad diſſoluendam ſocietatem et ad diuiſionem non haec, ſed communi diuidundo actio datur. *L. 1. ff. de comm. diuid. L. 43. ff. pro ſoc.*

§. 6.

eius fundamenta §. 6-12.

Ratione ſundamentorum, eſſentialia maxime contractus ſocietatis attendenda ſunt, ſc.

1. *conſenſus in rem*, vel *operam conferendam*,
2. *de lucro communicando.*

§. 7.

Communio lucri ad eſſentialia pertinet. In quas partes vero diſtribuendum lucrum, et quam partem damni quisque ferat, intelligendum eſt ex pactis, vel ex naturalibus. Igitur iudex perſpiciat:

1. ad pacta, partes lucri aut damni determinantia,
2. *an vterque* vel *aequaliter*, vel *inaequaliter conferat res*, aut *operas?*

§. 8.

Quoad conferendas res ex pactis deſumendum quid et quo tempore ſit conferendum.

§. 9.

Ratione temporis quo actio pro ſocio inſtitui queat, controuerſia eſt, cum alii conſtante ſocietate, alii finita demum ſocietate agi poſſe adſerunt. Ita vero ſentio. *Ad conferendas res* vel *operas*, *et edendas rationes conſtante etiam ſocietate iure agitur.* Ad damna reſarcienda, vel lucrum communicandum, finita demum ſocietate agitur, niſi vel

1. *pacto aliud tempus expreſſum ſit*, vel

2.

2. *ſocius ſimul ad diuiſionem prouocet*, vel
3. *conſuetudine loci aliud receptum ſit*, vel
4. *conditio perſonarum aliud ſuadeat.* cf. FRANZKIVM, B. Auum LVD. MENCKEN et STRYCK in *Vſ. Mod.* ad ff. h. t.

§. 10.

Reliqua fundamenta partim ex finibus explanatis patent, partim explicatio aliis contractibus addita deſeruit.

§. 11.

Actio pro ſocio vtrinque ad heredes tranſit, quod intelligendum *de obligatione, ratione ſocii defuncti, intuitu ſocietatis.* Ad continuandam vero ſocietatem heredes non obligantur. *L. 35. L. 52. ſ. 9. & L. 59. ff. pro ſoc.* Excipe vectigalium ſocietatem *L. 59. ff. eod.* aut ſi pater in teſtamento iniunxerit ſocietatis continuationem ad aliquod tempus.

§. 12.

Exceptiones ſunt

exceptiones oppon.

1. *ſocietatis ita initae, vt operas tantum praeſtet,*
2. *rei conferendae caſu exſtinctae,*
3. *ſocietatis Leoninae,*
4. *renunciationis iam factae,*
5. *ſocietatis nondum finitae,*
6. *compenſationis,*
7. *inaequalis diuiſionis pacto determinatae,*
8. *inaequalis collationis, vel operarum praeſtationis, inaequalem diuiſionem deſiderantis,*

9. *renunciationis,*
10. *laeſionis modicae,*
11. *impenſarum non ad ſocietatem pertinentium,*
12. *non rite collocatarum,*
13. *contra voluntatem factarum;*
14. *diligentiae in concreto adhibitae,*
15. *damnorum inaequalis diſtributio pacto eſt determinata,*
16. *renunciationis iuſta ex cauſa factae,*
17. *tempeſtiue factae,*
18. *competentiae.*

Libellus

Klaget, welchergeſtalt er mit Beklagten einen Societæts-Contract dergeſtalt eingegangen, daß Kläger 10000. Rthlr. an Rauch-Waaren in dieſe Societæt zu conferiren, Beklagter aber ohne ſonſt etwas in die Societæt an Gelde oder Waaren einzubringen, alle zu Führung ſothanen Handels nöthige Bemühung, ſie mögen Namen haben, wie ſie wollen, zu übernehmen, und jährlich mit Anfang des neuen Jahres Rechnung der geführten Adminiſtration halber abzulegen, ſowol den Gewinſt und Verluſt zu gleichen Theilen zu tragen, und alle Jahr den Gewinſt zu theilen, ſich verbunden. Wann dann Kläger an ſeiner Seite durch Conferirung derer 10000. Rthlr. an Rauchwaaren den

den Contract erfüllet, Beklagter auch bereits 3. Jahr die Adminiſtration geführet, aber der Ablegung der Rechnung und Theilung des Gewinſtes ſich weigert; Als iſt Kläger ꝛc.

Daß Beklagter von ſeiner bishero geführten Handlungs-Adminiſtration richtige Rechnung abzulegen, und Klägern die Hälfte des Gewinſts auszuantworten, nicht weniger alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

## SECT. II. CAP. II.

### MEMBR. IX.

### DE ACTIONE MANDATI DIRECTA ET CONTRARIA.

§. 1.

*Contractus mandati* eſt conſenſualis, b. f. *de negotio futuro, honeſto, gratis expediendo, initus.*

§. 2.

Deſcendit exinde *actio directa* et *contraria.*

§. 3.

de act. mand. indole §. 3—5.

ACTIO MANDATI DIRECTA eſt perſonalis, ciuilis, rei perſecutoria, b. f. *quae datur mandanti,* ac eius heredibus, *aduerſus mandatarium,* aut eius heredes, *ad mandatum exſequendum, accepta reſtituenda,* et *reliqua, quae* vel *ex natura contractus,* vel *pacto adiecto deſcendunt, praeſtanda.*

§. 4.

Competit aduerſus *plures mandatarios in ſolidum. L. 60. ff. mandati.*

§. 5.

Tendit haec actio

1. *ad mandatum rite expediendum,*
2. *ad accepta vi mandati nomine mandantis, reſtituenda,*
3. *ad uſuras praeſtandas,* vel *ex mora,* vel *ſi foenori pecuniam exponere potuit*

*et*

*et debuit*, vel *ſi in propriam vtilitatem pecuniam conſumſit,*

4. *ad intereſſe praeſtandum, ſi neglexerit mandatum expedire, ſi ſines mandati exceſſerit*, vel *intempeſtiue ſi renunciauerit mandato,*
5. *ad damna culpa lata, leui et interdum leuiſſima data, reſarcienda. L. 13. 21. C. mand.*
6. *ad ceſſionem actionum vi mandati acquiſitarum. L. 8. ſ. 5. ff. h. t. quod hodie vix obtinere puto.*

§. 6.

Fundamenta imprimis conſiſtunt in eſſentialibus contractus, quae conſiſtunt *in conſenſu de negotio* — de eius fundam. §. 6 - 10.

1. *futuro,*
2. *honeſto,*
3. *gratis expediendo.*

§. 7.

Reliqua fundamenta ex ipſa finium expoſitione ſatis adparent, ex eaque ſimul conſtat, *quid probandum ſit?* Quocirca ſpecialia tantum notabo.

§. 8.

*Intereſſe*, *quod actor*, vel *ob non expletum mandatum*, vel *quod exceſſerit limites, petit, verum debet eſſe et iuſtum*, ſed ſummariter tantum demonſtrari ſufficit.

§. 9.

Quo adpareat eum mandati limites transgreſſum eſſe, exprimendum in libello, *quid et quo modo negotium ipſi commiſſum ſit.*

§. 10.

Tranſit actio ad heredes actoris, ad idemque hedes tenentur, quatenus defunctus geſſit, vel non rite expleuit mandatum. Ad exſequendum vero mandatum heredes mandatarii non obſtringuntur, *niſi iam coeptum ſit negotium, et heredes ad finem perducere poſſint. L. 27. ſ. 3. ff. mand. vel contra.*

§. 11.

excepti-ones op-pon. Exceptiones adplica:

1. *caſus fortuiti mandati adimpletionem impedientis,*
2. *mandati per mandatarii mortem, re integra, exſtincti,*
3. *morte mandantis exſtincti,*
4. *rei non mandantis, ſed proprio nomine adquiſitae,*
5. *morae mandantis in acceptatione,*
6. *deficientis occaſionis pecuniam exponendi ſecure*
7. *mandans ipſe ſolitus non eſt pecuniam foenori dare*
8. *tua voluntate vſus ſum pecunia,*
9. *deficientis iuſti intereſſe,*
10. *mandati arbitrio mandatarii relicti,*
11. *finis non exceſſi,*
12. *ratihabitionis eius, quod vltra fines geſtum eſt,*

13.

13. *tempeſtiuae renunciationis,*
14. *impedimenti ex improuiſo orti,*
15. *excuſſionis,*
16. *damni caſu fortuito exſiſtentis.*

Libellus.

Bringet klagend an, wasmaßen er Beklagten unter dem — — Vollmacht ertheilet, das in dem Creis-Amte zu Leipzig zu ſubhaſtirende Cramerische Haus, ſo von denen geſchwornen Gewerken nach Inhalt des Subhaſtations-Patent's für 2250. Rthlr. gewürdert worden, vor Klägern zu erſtehen, und bis auf 2000. Rthlr. darauf zu bieten, Ob nun wohl bey der geſchehenen Subhaſtation, da nur 3 Licitanten vorhanden geweſen, von welchen keiner über 1500. Rthlr. Ordre gehabt, Beklagter der ihm gegebenen Vollmacht gemäß, ſothanes Haus erſtehen ſollen: ſo hat ſolcher dennoch den Subhaſtations-Termin gänzlich verabſäumet. Wann ich denn, wie aus obangeführten Umſtänden erhellet, durch Beklagtens Farläßigkeit ſehr beträchtlichen Schaden erlitten, Beklagter ſich aber zu deſſen Erſetzung in Güte nicht verſtehen will: Als iſt ꝛc.

**Daß Beklagter die durch Verabſäumung des Subhaſtations-Termins gedachten Crameriſchen Hauſes mir zugezogenen erweißliche Schäden, auch aller verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

DE

## DE ACTIONE MANDATI CONTRARIA.

§. 12.

Eſt actio perſonalis, ciuilis, rei perſecutoria, b. f. *quae datur mandatario*, et eius heredibus, *aduerſus mandantem*, aut eius heredes, *ad indemnitatem praeſtandam.*

§. 13.

Tendit

1. *ad expenſas reſtituendas,*
2. *ad vſuras praeſtandas*, vel *ob moram*, vel *ſi pecuniam in mandati expeditionem impenderit,*
3. *ad creditam pecuniam ſoluendam, quam, ipſo mandante, ſoluit,*
4. *ad damna quauis culpa data reſarcienda.*

§. 14.

Exinde iam patent fundamenta, quidque ex iis probandum.

§. 15.

Exceptiones ſunt

1. *fines mandati exceſſiſti,*
2. *impenſarum illiquidarum, atque immodicarum,*
3. *voluptuariarum,*
4. *damni caſu fortuito dati,*
5. *periculi praedicti.*

Li-

Libellus.

Kläger bringet klagend an, wasmaßen er auf Beklagtens Ordre nach Holland gereiſet, um daſelbſt vor Beklagten Waaren einzukaufen, auch nach Klägers Zurückkunft dieſe verlangten Waaren an Beklagten überliefert. Wenn aber Kläger, ohnerachtet ihm Beklagter zu Beſtreitung derer Reiſekoſten 100. thlr. mitgegeben, dennoch, da er durch widrigen Wind auf der Reiſe etliche Wochen länger aufgehalten worden, nach beygehender Specification annoch 56. thlr. 12. gr. zuſetzen müſſen, und Beklagter ſich der Erſetzung dieſes Aufwandes weigert: als iſt ꝛc.

**Daß Beklagter die libellirten 50. thl. 12. gr. nebſt dem *intereſſe morae*, und verurſachten Unkoſten Klägern zu erſtatten ſchuldig.**



## SECT. II. CAP. II.

### MEMBRVM X.

### DE ACTIONE EMPHYTEVTICARIA.

§. 1.

*Contractus emphyteuticus* eſt conſenſualis, *de vtili rei immobilis dominio, ſub lege annui canonis, et meliorationis transferendo.*

§. 2.

Oritur ex hoc contractu *actio emphyteuticaria vtrinque directa.*

DE

### ACTIONE EMPHYTEVTICARIA, QVAE EMPHYTEVTAE COMPETIT.

§. 1.

de indole A. E. quae E. competit §. 1-3.

Haec eſt actio perſonalis, b. f. *quae datur emphyteutae*, et eius heredibus, *aduerſus dominum* et eius heredes, *ad emphyteuſin tradendam*, et *reliqua* vel *ex natura contractus*, vel *ex pacto deſcendentia, praeſtanda.*

§. 2.

Contra *tertium poſſeſſorem* non datur. *Vtilis* vero *rei vindicatio* emphyteutae alias competens, ſupponit, vt traditio iam ſit facta.

§. 3.

Fines ſunt:

1. *ad emphyteuticum fundum cum acceſſionibus tradendum,*

2.

2. *ad intereſſe, ſi fundum tradere nequeat,*
3. *ad fructus perceptos et percipiendos ex tempore morae praeſtandos,*
4. *ad euictionis praeſtationem.*

§. 4.

Fundamenta inprimis deprehenduntur in eſſentialibus contractus, quae conſiſtunt in conſenſu eius fundamenta §. 4 6.

1. *translationis dominii vtilis rei immobilis,*
2. *praeſtationis annui canonis,*
3. *meliorationum praeſtandarum.*
4. *Scriptura opus tantum eſt in emphyteuſi eccleſiaſtica. L. 14. C. de SS. eccl.*

§. 5.

Haec requiſita probanda. Reliqua autem fundamenta ex finibus adparent, quaeque ibi obſeruanda ſint, iam ex aliorum contractuum expoſitione iudicabuntur.

§. 6.

Ad *heredes* actio tranſit *quoscumque.* In emphyteuſi eccleſiaſtica ad heredes ſecundi gradus regulariter tantum deuoluitur emphyteuſis, *Nov. 7.* niſi pacto perpetua emphyteuſis conſtituta. *Nov. 120. c. 1.*

§. 7.

In exceptionibus verſabuntur exceptiones oppon.

1. *deficientis conſenſus,*
2. *locationis tantum initae,*

3. *deficientis ſcripturae, in eccleſiaſtica emphyteuſi,*
4. *conditionis, ſub qua emphyteuſis promiſſa, nondum adimpletae,*
5. *temporalis tantum emphyteuſeos ad ſex annos promiſſae,*
6. *rei caſu exſtinctae,*
7. *praeſcriptionis.*

## Libellus.

Klaget, welchergeſtalt er am neuen Jahre a. c. mit Beklagten einen Erbzins-Contract dergeſtalt eingegangen, daß derſelbe ſein in N. habendes Gut mit allen Zubehörungen und Gerechtigkeiten wie Beklagter ſolches jemals genutzet und gebrauchen konnen, binnen 14 Tagen iure emphyteutico zu übergeben verſprochen, Kläger ſich aber zu Zahlung eines annui canonis von 4. fl. ſowol als zu Hauswirthſchaftlichen melioration und Erhaltung des Gutes dargegen ſich anheiſchig gemachet. Wann aber Beklagter zu Abtretung gedachten Gutes ſich in Güte nicht verſtehen will: als ꝛc.

**Daß Beklagter das libellirte Gut** *cum fructibus perceptis et percipiendis,* **von Zeit derer zur Uebergabe beſtimten 14 Tagen, nach Neujahr** *a. c.* **abzutreten, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

## DE ACTIONE EMPHYTEVTICARIA DOMINO DIRECTO COMPETENTE.

§. 8.

*Datur haec actio domino directo* eiuſue heredibus, *aduerſus emphyteutam*, aut eius heredes, *ad annum canonem praeſtandum, fundum meliorandum*, et *reliqua, quae* vel *ex natura contractus*, vel *pacto adiecto dimanant, praeſtanda.* de indole A. E. quae D. emphyt. compet. §. 8 - 16.

§. 9.

Aduerſus *ſingularem ſucceſſorem*, cum ille anteceſſoris contractum renouet, haec quoque actio datur. vid. BOEHMER. *de act.* p. m. 633.

§. 10.

Tendit actio haec emphyteuticaria:

1. *ad annui canonis praeſtationem*,
2. *ad fundum meliorandum, et damna ob deteriorationem reſarcienda*,
3. *ad laudemii praeſtationem. L. f. C. de iur. emph.*
4. *ad reſtitutionem fundi emphyteuticarii, quod contingit*
   a. ſi ad certum tempus emphyteuſis conſtituta,
   b. inſigni deterioratione. *Nov. 120. cap. 8.* iung. *L. 5. ſ. 2. ff. commod.*
   c. ob venditionem absque denunciatione factam. *L. f. C. de iure emphyt.*

d. ob canonem non ſolutum tempore legibus definito, ſcil. *triennio in emphyteuſi ſeculari*, *L. 2. C. eod.* et *biennio in eccleſiaſtica. Nov. 120. c. 8.*

5. *ad exercendum ius protimiſeos,*

6. *ad apochas exhibendas. L. 2. C. de iure emphyt.*

§. 11.

de fundamentis eius. §. 11-17.

Principale fundamentum conſiſtit *in eſſentialibus contractus*, de quibus in antecedente actione eſt actum. Cumque reliqua fundamenta finium expoſitio iam tradat, ſingularia tantum pertractabo.

§. 12.

Si annuum canonem actor petit, *qualitatem*, *quantitatem* et *tempus promiſſi annui canonis* in probatione conſideret. Tempore autem non determinato, initio cuiusuis anni petendi iure gaudet.

§. 13.

*Deteriorationem fundi probare debet actor.* Hanc vero probationem maxime iuuat, ſi tempore traditionis inuentarium et taxationem fieri curauerit.

§. 14.

Ratione laudemii circumſpiciendum eſt:

1. *quale,*

2. *quantum laudemium petere poſſit.* vid. FRANZK. *de laudem.*

§. 15.

§. 15.

Ipſum emphyteutam, inueſtitura ſecuta, laudemium ſoluere debere dubitatione vacat.

§. 16.

In aliis caſibus haec pondera

a. ex natura contractus emphyteuticarii, quilibet ſingularis ſucceſſor, ad laudemium praeſtandum obligatur. Vocatur Kauf-Lehn-Waare. Verbum Kauf autem latius patet, etiam alios ſucceſſores ſingulares complectens.

b. intuitu reliquorum laudemiorum deciſio dependet a lege noua, conſuetudine, vel conuentione, vel praeſcriptione.

§. 17.

Quantitatem determinat vel lex, vel conſuetudo, vel conuentio, vel praeſcriptio. Iure ciuili quinquageſima pars aeſtimationis fundi debetur. *L. f. C. de iure emphyteut.* Quomodo vero de aeſtimatione fundi conſtet, intelliges ex B. A. LÜDER. MENCKEN *Pand. ad Tit. ſi ager vectigalis &c. ſ. XI.*

§. 18.

Exceptiones deſeruiunt: except. oppon.

1. *nondum ſecutae traditionis,*
2. *cenſus tantum conſtituti,*
3. *dies annui canonis nondum venit,*
4. *compenſationis,*
5. *deteriorationis ſine dolo, lata* aut *leui culpa exſiſtentis,*
6. *remiſſionis canonis ob ſterilitatem promiſſae,*

7. *conſolidationis,*
8. *fundo uti non potui ob impetum hoſtium,*
9. *temporis, ad quod data emphyteuſis, prorogati,*
10. *laudemii inconſueti,*
11. *renunciationis iuris priuandi, per acceptationem canonis poſt triennium,*
12. *purgatae morae. c. f. X. de loc. cond.*

Libellus.

Kläger bringet klagend an, wasmaßen er Beklagten das nutzbare Eigenthum ſeines in Gauzſch zwiſchen Sempronii und Caii Gütern gelegenen Gutes gegen Erlegung eines järlichen Erbzinſes an 4. fl. und Verſprechung hauswirthſchaftlicher Meliorirung den 1. Jan. 1739. übergeben. Wann aber Beklagter ſeit dem 1. Ian. 1744. den Erbzins nicht bezahlet, und alſo deſſelben nutzbares Eigenthum gedachten Gutes ipſo iure erloſchen, ſo wol durch die bisanhero unterlaſſene hauswirthſchaftlichen Meliorirung und Auſſaugung derer Felder, wenigſtens auf 200 thlr. Schäden verurſachet, und ſich hingegen ſo wenig zu der Uebergabe des Gutes, als Erſetzung derer Schäden verſtehen will: als iſt ꝛc.

Daß Beklagter das libellirte Gut nebſt denen *fructibus perceptis et percipiendis* von 1. *Jan. a. c.* vermittelſt einer richtigen Specification Klägern zu übergeben, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

# SECT. II. CAP. II.

## MEMBR. XI.

## DE ACTIONE FIDEIVSSORIA.

§. 1

Ordine propoſito iam ſequerentur actiones ex contractu verbali, ſcil. *ſtipulatione* fluentes. Sed cum hodie ad verborum ſollemnitates haud reſpiciamus in contractibus, actionem ex ſtipulatu praetermitto. De fideiuſſione tamen ea occaſione diſſeram, quae, quamuis olim ſtipulationem requiſiuerit, hodie tamen ſolo conſenſu perficitur, adeoque conſenſualium contractuum numero habebitur. de act. fideiuſſ. indole. §. 1—5.

§. 2.

FIDEIVSSIO eſt contractus acceſſorius, conſenſualis, *quo quis alterius obligationem in fidem ſuam recipit, ſalua manente priori obligatione.*

§. 3.

ACTIO FIDEIVSSORIA eſt ciuilis perſonalis, *quae datur creditori*, et eius heredibus, *aduerſus fideiuſſorem* et eius heredes, *vt debitum, cuius nomine ſe obligarunt, ſoluant.*

§. 4.

Ex pluribus confideiuſſoribus, vnum in ſolidum conuenire licet, ſaluo tamen beneficio diuiſionis. *L. 10, ſſ. 1. C. de fideiuſſ.* ſi ſcil. reliqui adhuc ſoluendo, et non difficulter conueniendo ſint.

§. 5.

Finis eſt

1. *vt debitum, de quo fideiuſſit, ſoluat.*
2. *vſuras praeſtet.*

§. 6.

de eius fundam.

Fundamenta attendas:

1. *debitum principale* vel *naturale non reprobatum*, vel *mixtum exſiſtens*,
2. *fideiuſſio facta*,
3. *quod debitor principalis non ſit ſoluendo*, ob beneficium excuſſionis. *Nov. 4. c. 1.*
4. *quod reliqui confideiuſſiores non ſint ſoluendo*, ob beneficium diuiſionis,
5. *quod debitor principalis, et primus fideiuſſor, non ſint ſoluendo*; ſcil. ſi agatur contra fideiuſſorem indemnitatis, den Schadlosbürgen.
6. *Quod actor ex fideiuſſione ſoluere debuerit, et principalis debitor non ſoluendo deprehendatur*, illudque coniunctim requiritur, ſi actor contra ſuccedaneum fideiuſſorem agere velit, den Rückbürgen.

§. 7.

Tranſit *vtrinque* ad heredes, plures tamen coheredes non in ſolidum, ſed pro rata tantum tenentur.

§. 8.

Exceptiones deſeruiunt:

1. *debiti principalis inualidi*,
2. *exſtincti debiti principalis*,
3. *in ſolidum obligationis remiſſae*,
4. *excuſſionis*,

5.

5. *fideiuſſionis ad tempus tantum promiſſae,*
6. *diuiſionis,*
7. *cedendarum actionum,*
8. *renunciationis generalis tantum, non ſpecialis*, ſecundum ius Saxon.
9. *renunciationis, ob non factam certiorationem, inualidae,*
10. *vſurarum non promiſſarum,*
11. *fideiuſſionis tempore finito,*
12. *SCti Velleiani et auth. ſi qua mulier C. ad SCt. Vellei,*
13. *praeſcriptiones.*

Libellus.

Klaget, welchergeſtalt Sempronius die Oſtermeſſe 1745. ein Capital von 4000 thlr. als ein Darlehn von Klägern erborget, und ſolches Oſtermeſſe 1747. nebſt denen landüblichen Intereſſen à 5 p. cent. wieder zu bezahlen verſprochen, Beklagter ſich auch zu mehrerer Sicherheit als Bürge vor die Bezahlung zu ſtehen, anheiſchig gemachet. Wenn denn vom Sempronio ſo wenig zu Zahlung des Capitals als derer Zinſen erfolget, dieſer auch bereits bonis cediret, und zu deſſen Vermögen ein concurſus creditorum entſtanden, Beklagter aber als Bürge ſotanes Capital und aufgelauſene Intereſſen zu zahlen ſich verweigert: als iſt ꝛc.

**Daß Beklagter die *libellirten* 4000 thlr. Capital nebſt denen von 1745 Oſtermeſſe aufgelaufenen Intereſſen ſowol, als die verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

## SECT. II. CAP. II.

### MEMBRVM XII.

### DE CONDICTIONE CERTI EX CHIROGRAPHO, ET QVERELA NON NVMERATAE PECVNIAE.

§. 1.

de condict. certi ex chir. indole §. 1—3.

*Contractus chirographarius* eſt litteralis, *quo quis, ſpe futurae numerationis, fatetur, ſe pecuniam accepiſſe, eamque ſe reſtiturum promittit.*

§. 2.

Parit CONDICTIONEM CERTI EX CHIROGRAPHO, quae eſt actio perſonalis, ciuilis, et *datur creditori, cui chirographum* eſt datum, *aduerſus debitorem, ad illud, quod confeſſus eſt ſe accepiſſe, ſoluendum.*

§. 3.

Hunc contractum hodie plane adplicari non poſſe demonſtrare cupit BOEHMER *in tract. de action.* hodie quippe chirographum non cauſſam debendi, ſed modum probandi conſtituere docens, hinc nec querela non num. pec. in vſum reuocari debuiſſet. Cum autem nihilominus haec querela in vſu ſit, de ea breuius dicam. Copioſius rem expoſui in Diſſ. *de vera indole contractus chirographarii et exceptionis non numeratae pecuniae.*

DE

# QVERELA NON NVMERATAE PECVNIAE.

§. 4.

Variis modis debitor, qui ſpe futurae numerationis chirographum dat, nec tamen pecuniam accepit, ſibi intra biennium proſpicere poteſt.

§. 5.

1. Per modum *exceptionis non numeratae pecuniae* contra creditorem ex chirographo agentem ſibi conſulit. Haec intra biennium oppoſita probari haud debet, creditor potius numerationem probare obſtringitur *L. 14. C. de non num pec.* Poſt biennium *Iure ciuili* plane non admittitur. *ead. leg.* ſed per obſeruantiam locum habet, probatio vero tunc excipienti incumbit, vid. *Dec. El. 23. de Ao. 1746.* cf. *Ordin. Recogn. Append. §. 8.*

§. 6.

2. Contra creditorem abſentem proteſtatione ſibi debitor conſulere poteſt, contra lapſum biennii. *all. leg. 14. ſ. 4.*

§. 7.

3. Prouocare poteſt creditorem ex *l. diffamari 5. C. de ingen. manum.* atque a prouocato adpoſita exceptione veritatis, atque producto chirographo, replicando vrgere poteſt ſolutionem non eſſe factam.

§. 8.

4. Per conditionem ſine cauſa vel cauſa data cauſſa non ſecuta repetere chirographum ipſi licet.

§. 9.

QVERELA NON NVMERATAE PECVNIAE eſt actio perſonalis, *quae datur illi, qui chirographum dedit, aduerſus accipientem, ad hoc, vt probet numerationem eius, quod debitor confeſſus eſt in chirographo factum eſſe.*

§. 10.

Haec actio non *debitori* tantum, et *heredibus*, ſed *omnibus quoque, quorum intereſt competit*, vt, fideiuſſoribus, creditoribus in concurſu creditorum.

§. 11.

Non tantum contra *accipientem*, ſed etiam contra *ceſſionarium* locum ſibi vindicat.

§. 12.

Finis tantum in eo conſiſtit, *vt creditor numerationem eſſe factam probet.* Per conſequentiam tamen ſimul ad ſolutionem dirigi petitum poteſt.

§. 13.

Duo huius actionis fundamenta ſunt:

1. *datio chirographi*, quam negante reo probare, debet actor,

2.

2. *numerationem non eſſe factam.* Hanc probare actor non tenetur, ſi intra biennium agat, vti ſupra dixi.

§. 14.

Durat haec querela, quatenus eſt priuilegiata *per biennium l. 14. all.* quatenus vero non priuilegiata, per obſeruantiam perpetua eſt.

Secundum *Dec. El. Sax. 23. de Ao. 1746.* tunc demum perpetua eſt, ſi per documentum probare velit, ſolutionem factam non eſſe. Sin vero per teſtes aut iuramentum probare intendat, *intra quinquennium* eſt agendum.

§. 15.

Exceptiones deſeruiunt reo

1. *negotii a natura contractus chirographarii alieni,*
2. *numerationis factae,*
3. *tacitae agnitionis per ſolutionem partis, aut vſurarum,*
4. ~~*renunciationis*~~ agnitionis *ex interuallo factae,*
5. *numerationis iurato adſertae in chirographo,*
6. *praeſcriptionis.*

Libellus.

Bringet klagend an, wasmaßen er Beklagten bereits in der Michaelis-Meſſe 1747. eine Handſchrift wegen 1000. Rthlr. erhaltenen Dar-

Darlehns gegeben, und dieſes Capital nebſt landüblichen Intereſſen in der Michaelis-Meſſe jetztlauffenden Jahres wieder zu entrichten verſprochen. Wann aber die würkliche Zahlung dieſes Capitals bis dato nicht erfolget; Beklagter ſich auch alles Erinnerns ohngeachtet, dazu nicht verſtehen will; als iſt ꝛc.

Daß Beklagter die Zahlung derer in der Handſchrift enthaltenen 1000. thlr. zu erweiſen, in deſſen Ermangelung aber dieſes Capital annoch Klägern auszuzahlen ſchuldig.

SECT.

## SECT. II. CAP. II.

### MEMBRVM XIII.

### DE ACTIONIBVS EX CONTRACTIBVS INNOMINATIS.

§. 1.

CONTRACTVS INNOMINATVS eſt *pactum nudum reciprocum, per adimpletionem vnius confirmatum, eum, qui adimpletionem accepit, ex ſua parte ad promiſſionem adimplendam obligans.* de act. contr. innom. in genere §. 1-5.

§. 2.

Generale fundamentum contractuum innominatorum eſt *adimpletio promiſſionis ex vna parte facta.*

§. 3.

Diuiduntur contractus innominati in *regulares* et *irregulares*, quorum *hi* ſunt, qui certam formam et normam habent, ſed quia vnius adimpletionem requirunt, neque actiones in formulis continebantur, contractus innominati vocabantur. Quo pertinet *contractus aeſtimatorius* et *permutatorius. Regulares* ſunt, qui nec certam formam, nec certum ſpecificum nomen habent, vt *do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias.*

§. 4.

Ex contractibus innominatis oriuntur *actiones praeſcriptis verbis*, quae ſunt perſonales, ciuiles, et *dantur illi, qui in mutua promiſſio-*

*miſſione eam ex ſua parte adimpleuit, aduerſus alterum, qui hanc adimpletionem acceptauit, vt etiam ex ſua parte adimpleat promiſſum.*

§. 5.

Hodie denominatione contractuum innominatorum non amplius opus eſt, cum pacta nuda etiam obligatoria ſint; nec obſtat, quod hodie tamen requiratur vnius adimpletio. Nam hoc quoque in aliis contractibus ad inſtituendam actionem eſſe neceſſariam ſupra probaui.

## DE ACTIONE AESTIMATORIA.

§. 6.

de act. Aeſt. indole §. 6—8.

CONTRACTVS AESTIMATORIVS eſt innominatus. b. f. *quo res aeſtimata certo pretio vendenda alteri datur, vt accipiens vel pretium definitum ſoluat, vel rem reſtituat.*

§. 7.

Oritur inde ACTIO AESTIMATORIA PRAESCRIPTIS VERBIS, quae eſt ciuilis, perſonalis, et *datur illi, qui rem certo pretio aeſtimatam vendendam dedit, aduerſus accipientem*, vel eius heredes, *ad rem vel pretium reſtituendum.*

§. 8.

Finis eſt, *vt* vel *rem*, vel *pretium reſtituat*, et in hac alternatiua electio eſt debitoris.

§. 9.

Fundamenta conſiſtunt in requiſitis contractus, quae ſunt de eius fundam. §. 9-12.

1. *vt res ſit data ad vendendum et ab altero accepta.* Iure Rom. inuitus acceptare non debebat, quia erat pactum nudum. Hodie vero absque dubio etiam ad acceptandam rem actio competit, nimirum condictio ex moribus.
2. *vt res aeſtimata ſit venditionis, non taxationis gratia,*
3. *vt ea lege ſit data, vt alter* vel *rem,* vel *pretium dare teneatur,*
4. *vt accipiens dantem rogauerit, vt ipſi rem vendendam tradat,* quod ad eum effectum requiritur, vt accipiens, etiamſi res caſu fortuito perierit, tamen ad pretium dandum obligetur *L. 17. §. 1 ff. de praeſcript. verb. act.*

§. 10.

Haec requiſita *probanda ab actore ſunt, negante reo.*

§. 11.

Competens iudex eſt vel *domicilii,* vel *contractus.* Locus tamen contractus ibi cenſetur, vbi adimpletio vnius facta eſt.

§. 12.

Ad heredes vtrinque tranſit, et eſt *perpetua.*

§. 13.

Exceptiones ſunt

1. *mandati tantum contracti,*
2. *locationis initae,*
3. *aeſtimationis haud factae,*
4. *rei taxationis tantum cauſa aeſtimatae,*
5. *rei nondum traditae,*
6. *negotii ad rogationem actoris ſuſcepti,*
7. *rei caſu fortuito exſtinctae,*
8. *retentionis ob expenſas et damna.*

Libellus.

Klaget, wasmaßen er Beklagten verwichene Michaelis-Meſſe einen Ring von 6 groſſen Rauten Diamanten übergeben, dergeſtalt, daß Beklagter Klägern dafür entweder 200. thlr. bringen, oder den Ring wieder einhändigen ſolte. Wenn aber Beklagter, nachdem er von dieſer Meſſe wieder zurück gekommen, weder das determinirte Geld noch den Ring wieder eingehändiget; als iſt ꝛc.

Daß Beklagter entweder den *libellirten* Ring, oder die *determinirte* Kaufſumme derer 200. thlr. nebſt dem *intereſſe morae*, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

DE

## DE ACTIONE PERMVTORIA.

§. 14.

CONTRACTVS PERMVTATORIVS eſt innominatus, h. f. *quo res pro re alteri datur.* de act. permut. indole §. 14-16.

§. 15.

ACTIO PRAESCRIPTIS VERBIS PERMVTATORIA eſt perſonalis, h. f. *quae datur illi, qui ex cauſa permutationis alteri dedit*, eiusque heredibus, *aduerſus accipientem*, et eius heredes, *ad rem promiſſam dandam.*

§. 16.

Tendit haec actio

1. *principaliter ad rem promiſſam tradendam,*
2. *ad intereſſe praeſtandum*, ſi vel res amplius dari nequeat, vel, ſi, rem acceptam reſtituente reo, eo contentus actor eſſe velit. *L. ſ. 1. ff. de praeſcr. verb. act.*
3. *ad euictionis praeſtationem.*

§. 17.

Fundamenta ſunt eius fundamenta

1. *conſenſus de re pro re tradenda,*
2. *vt actor ex ſua re iam tradiderit.* Hodie tamen ſatis erit, ſi ſe offerat in libello ex ſua parte. Quamuis alii tunc dicant, condictionem ex moribus dari, parum tamen intererit.
3. *quod res culpa rei non amplius exiſtat,*

4. fundamenta euictionis ſupra in venditione expoſita huc ſpectant. vid. *L. 2. ff. de rer. perm.*

§. 18.

exceptiones oppon.

Exceptiones ſunt

1. *rei nondum traditae,*
2. *rei alienae traditae,*
3. *laeſionis vltra dimidium,*
4. *rei caſu fortuito exſtinctae.*

Libellus.

Kläger bringet an, welchergeſtalt er mit Beklagten in einen Tauſchhandel ſich dergeſtalt eingelaſſen, daß Beklagter ihm ſein am Markte allhier zwiſchen N. und N. gelegenes Haus abzutreten, hingegen Klägers in der Heynſtraße, zwiſchen N. und N. liegendes Haus davon anzunehmen, ſich verbunden. Nachdem nun Kläger ſein Haus Beklagten abzutreten ſich vielfältig erboten, und jederzeit erbötig iſt, Beklagter aber den getroffenen Tauſchhandel zu erfüllen ſich weigert; als ꝛc.

**Daß Beklagter ſein am Markte gelegenes Haus abzutreten, und dargegen Klägers Haus anzunehmen, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

DE

DE

# RELIQVIS ACTIONIBVS EX CONTRACTIBVS INNOMINATIS REGVLARIBVS.

§. 1.

DO VT DES eſt actio praeſcriptis verbis perſonalis, ciuilis, *quae datur illi, qui ex cauſa mutuae promiſſionis dedit, aduerſus accipientem, vt vel eamdem rem, vel aliam, prout conuentum, praeſtet.*

§. 2.

DO VT FACIAS eſt actio perſonalis, *quae datur illi, qui ex cauſſa mutuae promiſſionis dedit, aduerſus accipientem, vt factum promiſſum praeſtet.*

§.

FACIO VT FACIAS, *datur illi, qui ex cauſa mutuae promiſſionis quid fecit, aduerſus alterum, cui factum praeſtitum, vt etiam ex ſua parte factum praeſtet.*

§. 4.

FACIO VT DES, *datur illi, qui factum praeſtitit, aduerſus accipientem, vt rem, quam pro facto promiſit, tradat.*

§. 5.

Plures eius generis actiones praeſcriptis verbis denominari poſſunt, pro ratione diuerſarum promiſſionum. Probe tamen cauendum eſt, ne alios contractus nominatos comminiſcamus.

Quo nomine legi meretur *L. 5. ſ. 1. ff. de praeſcr. verb.*

§. 6.

Fundamenta harum actionum late ex ipſa definitione patent. Vnum tantum libellum adiiciam ex contractu innominato *facio vt facias*, ex quo exemplo facillimo negotio, alii libelli confici poterunt.

Libellus.

Kläger bringet klagend an, welchergeſtalt, als er nebſt Beklagten bey der Hornvieh-Seuche dergeſtalt an Zugvieh entblößet geweſen, daß jeder nur einen einzigen Zugochſen übrig behalten, ſie mit einander, weil die Beſtellung derer Felder herangerücket, dergeſtalt verabredet, daß ein jeder dem andern mit Vorſpannung ſeines Zugochſens das Feld beſtellen helfen ſolle. Ob nun wohl Kläger mit Vorſpannung ſeines Zugochſens Beklagtens ſämtliche Felder mit beſtellen helfen, ſo verweigert ſich dennoch Beklagter an ſeiner Seite das Verſprechen zu erfüllen, weshalb Kläger zu klagen genöthiget worden, fordert ꝛc.

**Daß Beklagter mit Vorſpannung ſeines Zugochſens Klägers ſämtliche Felder beſtellen zu helfen, auch alle durch dieſe Verweigerung verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

SECTIO

## SECT. II. CAP. II.

### MEMBR. XIV.

# DE ACTIONIBVS EX QVASI CONTRACTV DESCENDENTIBVS.

DE

## ACTIONE TVTELAE DIRECTA ET CONTRARIA.

§. 1.

QVASI CONTRACTVS eſt, *qui conſenſu praeſumto vel ficto conſtituitur.* de quaſi contract. in gen. §. 1—4.

§. 2.

Maxima autem intereſt differentia inter conſenſum praeſumtum et fictum.

Praeſumtus conſenſus requirit:

1. *factum, ex quo leges praeſumtionem conſenſus inducunt,*
2. *talem perſonam, quae expreſſe ſe obligare ſ. vere contrahere poteſt.*

Fictus conſenſus *nec factum* requirit, *nec perſonam* ad contrahendum habilem.

§. 3.

Remotum fundamentum quaſi contractuum eſt aequitas naturalis. vid. *L. 1. ſ. 4. ff. de obl. et act.*

§. 4.

Sequentes actiones hac occaſione interpretabor:

1. ex adminiſttatione tutelae, *actionem tutelae directam et contrariam.*

2. ex negotiorum geſtione, *actionem negotiorum geſtorum directam et contrariam*,
3. ex vltimae voluntatis agnitione, *actionem ex teſtamento*,
4. ex indebiti ſolutione *condictionem indebiti*,
5. ex receptione, *actionem de recepto*.

DE
## ACTIONE TVTELAE DIRECTA.

§. 1.

de act. tut. dir. indole §. 1—6.

ADMINISTRATIO TVTELAE eſt quaſi contractus, *quo tutor et pupillus ſibi inuicem obligantur*. Ex indeque oritur actio *tutelae directa et contraria*.

§. 2.

ACTIO TVTELAE DIRECTA eſt perſonalis, ciuilis, rei perſecutoria, b. f. *quae datur quondam pupillo*, ac eius heredibus, *aduerſus quondam tutorem*, ac eius heredes, *ad tutelae rationes reddendas, reſiduum reſtituendum, et damna lata aut leui culpa data reſarcienda*.

§. 3.

*Vtiliter* ad eos, qui ſub cura fuerunt, adplicatur, vt *minores, prodigos, furioſos*. Non ad curam ſexus.

§. 4.

Hodie, durante etiam tutela, curatore ad litem conſtituto, agi poteſt.

§. 5.

§. 5.

Contra plures agitur *in ſolidum*, niſi diuiſa rite ſint officia. Competit tamen *beneficium excuſſionis* et *diuiſionis*.

§. 6.

Tendit haec actio

1. *ad rationes reddendas, mediante inuentario*, vel *iurata ſpecificatione*,
2. *ad reſidua reſtituenda*,
3. *ad vſuras praeſtandas, aliquando centeſimas*,
4. *ad damna reſarcienda*.

§. 7.

Fundamenta ſunt: eius fundamenta

1. *adminiſtratio tutelae*, it. protutelae.
2. *in ſolidum obligatio plurium tutorum*, quae, cum ex lege ſit, non eſt probanda,
3. *reliquos contutores non eſſe ſoluendo*, vel *difficulter conueniendo*,
4. *quod reſidua adſint, quae reſtituenda*, idque patebit ex inuentario, et redditis rationbus,
5. *ratione vſurarum quatuor ſunt fundamenta*, vel quod
   a. in propriam vtilitatem contulerit, vel
   b. negligens fuerit in elocando, vel
   c. non rite depoſuerit pecuniam iudicialiter. vid. *L. 6. et 19. C. de vſur. L. 9. C. de ſolut.* vel denique
   d. mora in reſtituendo.

6. *damnorum datio.* Vbi conſidera
 a. *qualitatem*, quod ſcil. culpa leui in abſtracto data ſint,
 b. *quantitatem.*

§. 8.

Competens iudex eſt tantum iudex, *vbi adminiſtratio geſta. L. 1. C. vbi de ratiocin.*

§. 9.

Durat *perpetuo*, termino a quo, a fine tutelae, vel curae computato.

§. 10.

Vtrinque ad heredes tranſit. Heredes tamen tutoris tantum ad latam culpam obſtringuntur. *L. 1. C. de hered. tut.*

§. 11.

exceptiones oppon.

Exceptiones adcommoda:
1. *nondum finitae tutelae:*
2. *inuentarii confectionis in teſtamento prohibitae,*
3. *remiſſae in teſtamento rationis redditionis.* Vocatur hic *tutor aneclogiſtus.*
4. *totius patrimonii pupillaris conſumti.*
5. *damnorum culpa leui non datorum,*
6. *negotii decreto magiſtratus confirmati,*
7. *ratihabiti negotii, maiorennitate adepta,*
8. *excuſſionis,*
9. *diuiſionis,*
10. *deficientis occaſionis pecuniam ſecure elocandi,*
11. *pecuniae apud iudicem depoſitae,*

12.

12. *pecuniam magiſtratus decreto ad meos vſus adhibui,*
13. *praeſcriptionis.*

Libellus.

Kläger ſtellet klagend vor, welchergeſtalt Beklagter ſeit Klägers Minderjährigkeit von Ao. 1738. bis hieher die Vormundſchaft geführet. Wenn aber Kläger bereits den 1. Febr. 1747. zu ſeiner Majorennität gelanget, mithin die Vormundſchaft zu Ende gegangen, und Beklagter gleichwohl bis hieher die Vormundſchaftsrechnung abzulegen ſich weigert; als iſt ꝛc.

**Daß Beklagter von der geführten Vormundſchaft Rechnung vermittelſt eines zu rechtbeſtändigen *Inventarii*, oder in deſſen Ermangelung einer eidlichen *Specification* abzulegen, das vorhandene Vermögen Klägern zu *extradi*ren ſo wol, als alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

## DE
## ACTIONE TVTELAE CONTRARIA.

§. 12.

Eſt actio perſonalis, ciuilis, *quae datur quondam tutori* et eius heredibus *aduerſus quondam pupillum*, aut eius heredes, *ad indemnitatem praeſtandam.* de act. tut. contrar. indole §. 12 14.

§. 13.

Plures pupilli *non in ſolidum*, ſed *pro rata tantum* obligantur.

§. 14.

Finis eſt, vt indemnitatem conſequatur, vnde datur

1. *ad impenſas neceſſarias et vtiles cum vſuris reſtituendas*,
2. *ad liberandum tutorem*, ſi vel ſe, vel ſua bona pro pupillo obligauerit.
3. *ad ſalarium dandum*, ſi vel teſtator, vel iudex, vel leges aut ſtatuta ſpecialia hoc determinent,
4. *ad liberationem a tutelae obligatione per quittantiam* non quidem Iure ciuili. *L. 3. ff. h. t.* ſed iure hodierno.

§. 15.

de eius fundam. Quod fundamenta attinet, partim in priori actione expoſita huc ſpectant, partim ipſi fines ea abunde demonſtrant.

§. 16.

exceptiones oppon. Exceptiones ſunt:

1. *impenſarum inutilium et immodicarum*,
2. *voluptuariarum*,
3. *compenſationis cum damnis datis*,
4. *ipſe non ſoles pecuniam foenori exponere*,
5. *ſalarii nec conſtituti, nec conſueti.*

SECT.

# SECT. II. CAP. II.

## MEMBRVM XVII.

## DE NEGOTIORVM GESTORVM ACTIONE DIRECTA ET CONTRARIA.

§. 1.

NEGOTIORVM GESTIO eſt quaſi contractus, *quo quis alterius abſentis, et ignorantis negotia, ſponte gerenda ſuſcipit, et ſe ad rationes reddendas, reſidua reſtituenda, et damna reſarcienda, alterum vero ſibi ad indemnitatem obligat.*

## DE ACTIONE DIRECTA.

§. 2.

Eſt perſonalis, b. f. *quae datur domino, cuius negotium geſtum eſt*, eiusque heredibus *aduerſus negotiorum geſtorem* eiusque heredes *ad rationes reddendas, reſidua reſtituenda damnaque reſarcienda.* de act. N. G. direct. indole §. 2—4.

§. 3.

Contra minorennem, qui negotium geſſit, tunc actio competit, ſi vel locupletior exſiſtat, vel doloſe egerit.

§. 4.

Tendit haec actio

1. *ad rationes reddendas,*
2. *reſidua reſtituenda, deductis impenſis fructuum,*

3.

3. *ad vſuras praeſtandas*, vel ob negligentiam in elocando, vel moram, vel quod ipſe vſus ſit pecunia,
4. *ad damna lata aut leui culpa in abſtracto praeſtanda.*
   Obligationem ad leuem culpam probat finis traditus in *L. 1. ff. de leg. geſt.* qui nec lata, nec leuiſſima, ſed leui maxime obtinetur,
5. *ad culpam leuiſſimam praeſtandam*, ſi negotiorum geſtor ſe obtruſerit negotio. *§. 1. inſt. de oblig. quae quaſi ex contr. naſc.*
6. *ad caſum fortuitum*, ſi periculoſum quoddam ſuſceperit.

§. 5.

de eius fundam. Fundamentum remotum eſt aequitas. Proximum quaſi contractus, ſpontanea et ignorantis adminiſtratio negotiorum. Cetera fundamenta fines exhibent.

§. 6.

Heredes tantum de lata culpa tenentur, argumento a tutela deducto, ob maiorem rationem.

§. 7.

except. oppon. Exceptiones obiici poſſunt

1. *negotii tantum in re communi geſti,*
2. *compenſationis cum impenſis,*
3. *retentionis ob impenſas nondum reſtitutas,*

4.

4. *ipſe non conſueuiſti elocare pecuniam,*
5. *ſecurae occaſionis elocandi deficientis,*
6. *rei periturae negotium geſſi,*
7. *obtruſi me in fauorem actoris*, ne alter negligens paterfamilias negotium ſuſciperet,
8. *damni caſu euenientis,*
9. *compenſationis damni cum utilitate praeſtita.*

Libellus

Klaget, welchergeſtalt Beklagter nach Klägers Abreiſe ihm unwiſſend ſich der Adminiſtration ſeines allhier hinterlaſſenen Hauſes am Markte ſowol, als des Gutes in Raucha unterzogen, und ſolche währender Klägers Abweſenheit zwey Jahr lang fortgeführet; Wann denn Beklagter, ohnerachtet Kläger nach ſeiner Zurückkunft die Berechnung fordern laſſen, ſich der Ablegung derſelben bis jetzo weigert. So iſt ꝛc.

Daß Beklagter Klägern von der über Klägers libellirtes Haus und Gut geführte Adminiſtration richtige Rechnung, vermittelſt eines zu Recht beſtändigen Inventarii, oder in deſſen Ermangelung einer eidlichen Specification abzulegen, die erhobenen Nutzungen zu übergeben, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

DE

## DE ACTIONE NEGOTIORVM GESTORVM CONTRARIA.

§. 8.

Eſt actio perſonalis, b. f. *quae datur negotiorum geſtori*, et eius heredibus, *aduerſus eum, cuius negotium geſtum eſt*, et heredes, *ad indemnitatem praeſtandam*.

§. 9.

Tendit ab indemnitatem

1. *ad impenſas neceſſarias et vtiles reſtituendas,*
2. *ad vſuras pecuniae in expenſas collatae praeſtandas.*
3. *vt patiatur, voluptuarias expenſas tolli.*

§. 10.

Exceptiones obmoueas:

1. *negotii contra prohibitionem ſuſcepti. L. vlt. C. de neg. geſt.*
2. *vtilitatis non amplius tempore litis motae exſiſtentis.* (ſi pupilli negotium ſcil. geſtum) *L. 37. ſ. 1. ff. de neg. geſt.*
3. *impenſarum illiquidarum, immodicarum,*
4. *praeſumtae donationis,*
5. *ablatio eius, quod voluptuarie impenſum, tibi non prodeſt,*
6. *pecunias foenori exponere ipſe non ſolitus es.*

SECT.

# SECT. II. CAP. II.

## MEMBRVM XVIII.

## DE ACTIONE EX TESTAMENTO.

§. 1.

Vltimae voluntatis agnitio eſt *quaſi contractus*, vnilateralis, *quo agnoſcens vltimam voluntatem iis, quibus in ea quid relictum, obligatur.* de act. ex teſt. indole §. 1-4.

§. 2.

Oritur exinde ACTIO EX TESTAMENTO; quae eſt perſonalis, competens *illi, qui in vltima voluntate aliquid relictum, aduerſus grauatum, qui vltimam voluntatem agnouit, ad id quod relictum, cum acceſſionibus* et omni cauſa, praeſtandum.

§. 3.

Datur *legatariis, fideicommiſſariis particularibus* et *mortis cauſa donatariis.* Fideicommiſſarius autem vniuerſalis Iure Romano non hac, ſed imploratione officii iudicis, agebat. Quae ſubtilitas hodie merito negligitur.

§. 4.

Tendit

1. *ad illud conſequendum, quod in vltima voluntate relictum eſt,*
2. *ad exhibendum ſimul agi poteſt*, ſi electio aut optio legatario competat,

3.

3. *ad acceſſiones, fructus perceptos et percipiendos, omnemque cauſam praeſtandam,* temporis mortis teſtatoris ratione habita,
4. *ad vſuras ex tempore morae* ſc. ſcientiae *ſoluendas,*
Confer tamen *Dec. El. Sax. 12. de anno 1746.* ſecundum quam et fructus et vſurae poſt diem trigeſimam indiſtincte debentur,
5. *ad damna lata,* vel *leui culpa data reſarcienda.*

§. 5.

de eius fundam. §. 5-11. Fundamentum generale eſt quaſi contractus *agnitionis vltimae voluntatis,* in quo requiritur:

1. *teſtamentum,* vel *alia vltima voluntas valida,*
2. *legatum* vel *fideicommiſſum,* vel *mortis cauſa donatio ibi valide relicta,*
3. *quod reus praeſtatione eius grauatus ſit,*
4. *quod agnouerit vltimam voluntatem.*

§. 6.

*Omnia haec requiſita probari debent,* hoc tantum obſeruato, quod, ſi vltima voluntas vitio viſibili non laboret, *validitatem vlterius probare non ſit neceſſe.*

§. 7.

Praeter hunc quaſi contractum, fundamentum, quoad acceſſiones et fructus, eſt *fictum dominium ex tempore mortis.* Vſufructu

autem

[illegible]

§. 16.

Quando coniux ſuperſtes ex edicto *vnde vir et vxor* agit, probandum eſt,

1. *coniugium*, durch den Trauſchein,
2. *quod defunctus alios ſucceſſores cognatos non reliquerit.*

§. 17.

Vidua vel viduo ob portionem ſtatutariam agente, ſolum coniugium probaſſe ſufficit.

§. 18.

Si vero ex *Nov. 117.* coniuges agunt, *probanda eſt*, praeter coniugium, *inopia.*

§. 19.

Collegium defuncti hereditatem petens probare debet

a. *defunctum alios ſucceſſores legitimos* non *reliquiſſe*,
b. *quod defunctus membrum fuerit huius collegii*,
c. *quod collegium a principe ſit confirmatum.*

§. 20.

Fiſcus hereditatem ſibi vindicaturus probat

1. *vacantem eſſe hereditatem*,
2. *quod habeat iurisdictionem criminalem*,
3. *quod defunctus* vel *ſub ipſius iurisdictione habuerit domicilium*, quoad res mobiles, vel *res ſub iuris dictione ſint ſitae*, quoad res immobiles.

§. 21.

Adminiſtratio hereditatis et poſſeſſio pariter in probationem veniunt.

§. 22.

Actio haec tam in foro *domicilii poſſeſſoris* quam *rei ſitae* rite inſtituitur. Male autem in foro defuncti.

§. 23.

Durat per *triginta* annos.

§. 24.

except. oppon. Exceptiones exhibe

1. *deficientis iuſtae praeſumtionis mortis,*
2. *rei in teſtamento heredis inſtituti,*
3. *deficientis teſtamenti factionis paſſiuae,*
4. *teſtamenti nulli, rupti, irriti, inofficioſi,*
5. *proximioris iuris ſuccedendi,*
6. *iuris cohereditarii,*
7. *pacti inualidi,*
8. *deficientis legitimae conſanguinitatis,*
9. *deficientis legitimi coniugii,*
10. *nondum ſecutae thori coniugalis conſcenſionis,*
11. *renunciationis,*
12. *deficientis inopiae,*
13. *ſtatuti portionem ſtatutariam adimentis,*
14. *defunctus ante mortem collegio renunciauit,*
15. *collegii illiciti,*
16. *hereditatis nondum vacantis,*

17.

17. *non competentis iuriſdictionis criminalis,*
18. *defunctus ante mortem domicilium mutauit,*
19. *rerum caſu deperditarum,*
20. *culpae tantum in concreto praeſtandae,* ob ius cohereditarium.

Libellus.

Bringt klagend an, wasmaßen Seius, ſo den 1. Aug. 1747. verſtorben, Klägern zu ſeinen Univerſal-Erben eingeſetzt. Nachdem ſich aber Beklagter als vermeinter Erbe ab inteſtato der Erbſchaft angemaßt, und ſolche annoch beſitzt, ſich aber in Güte zu deren Abtretung nicht verſtehen will; als iſt ꝛc.

Daß Beklagter die *libellirte* Erbſchaft mittelſt eines *Inventarii*, oder eidlichen Specification, Klägern *cum fructibus perceptis et percipiendis* abzutreten, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

## SECT. III. CAP. II.

### MEMBRVM II.

### DE QVERELA NVLLITATIS.

§. 1.

de act. Q. N. indole §. 1—4.

QVERELA NVLLITATIS eſt actio realis ciuilis, *quae datur heredi teſtamentum nullum adſerenti contra heredem in teſtamento ſcriptum, ad teſtamentum nullum declarandum, et hereditatem ab inteſtato auocandam.*

§. 2.

Datur illi heredi, qui, teſtamento non condito, ab inteſtato eſſet ſucceſſurus. Falſo vero BOEHM. *Sect. 3. Cap. 2. ſ. 49.* illi, qui pacto hereditatem praetendit, hanc querelam tribuit.

§. 3.

Competit contra heredem ſcriptum, qui adiit hereditatem. Contra tertium poſſeſſorem non datur.

§. 4.

Tendit haec actio

1. *ad teſtamentum nullum declarandum,*
2. *ad hereditatem mediante inuentario reſtituendam,*
3. *ad fructus hereditatis reſtituendos,*
4. *ad damna data reſarcienda*, ſed finis 2. 3. 4. magis ex cumulatione hereditatis petitionis, quam ex querela nullitatis promanat.

§. 5.

§. 5.

Fundamenta ſunt: eius fundamenta §. 5—9.

1. *ius ſuccedendi ab inteſtato actori competens,*
2. *nullitas teſtamenti,*
3. *aditio hereditatis reſpectu rei,*
4. *quod reus hereditatem poſſideat.*

§. 6.

Quum de fine 1. 3. 4. iam ſupra explanatio data, de fundamento 2. tantum dicam.

§. 7.

Nullitas teſtamenti probari debet, niſi vitio viſibili teſtamentum laboret.

§. 8.

Quum vero nullitas teſtamenti in hac querela omnes caſus complectatur, ex quibus teſtamentum euaneſcit, ſequentes caſus nullitatem demonſtrabunt:

1. *deficiens teſtamenti factio actiua teſtatoris,*
2. *teſtamentum imperfectum,*
3. *defectus in heredis inſtitutione,* vel *quod plane non*, vel *quod non rite ſit inſtitutus heres,*
4. *defectus reſpectu formae externae.*

§. 9.

Forum competens eſt *domicilii* et *hereditatis ſitae.*

§. 10.

Durat haec querela *perpetuo*, et transſit *vtrinque* ad heredes.

§. 11.

exce-ptiones. oppon.

Exceptiones medelam dabunt

1. *teſtamenti Iure praetorio validi, ob bonorum poſſeſſionem ſecundum tabb.*
2. *teſtamenti iure nuncupatiui validi,*
3. *deficientis iuris ſuccedendi ab inteſtato,*
4. *pacti renunciatiui.*

Libellus.

Klaget, wie Seius, ſo den 1. Jan. 1747. geſtorben, ein Teſtament vorhero gemacht, worinn er Beklagten zu ſeinem Univerſal-Erben eingeſetzt. Ob nun wohl ſothanes Teſtament daher, daß der Zeuge N., da er weder ſchreiben noch leſen kann, ſondern ein anderer von denen Zeugen ſeinen Namen unterſchrieben, nicht beſtehen mag, ſo hat ſich dennoch Beklagter, als vermeinter teſtamentariſcher Erbe der Erbſchaft angemaßt, und weigert ſich an Klägern, als nächſten ſucceſſori ab inteſtato, die Erbſchaft abzutreten, daher Kläger zu klagen genöthiget worden, fordert ꝛc.

**Daß Beklagter die *libell*irte Erbſchaft mittelſt eines zu Recht beſtändigen *Inuentarii*, oder eydlichen Specification, Klägern *cum fructibus perceptis et percipiendis* abzutreten, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

SECTIO

# SECT. III. CAP. II.

## MEMBRVM III.

## DE QVERELA INOFFICIOSI TESTAMENTI.

§. 1.

*Inofficioſum teſtamentum* eſt *in quo illi, quibus debetur legitima, rite quidem ſed inique ſunt excluſi.* de quer. inoffic. teſtam. §. 1—8.

§. 2.

QVERELA INOFFICIOSI TESTAMENTI eſt actio praetoria perſonalis, *quae datur iis, qui in legitima rite quidem ſed inique ſunt excluſi, contra heredem in hoc teſtamento ſcriptum, ad reſcindendum teſtamentum et hereditatem ab inteſtato auocandam.*

§. 3.

Datur iis, quibus legitima debetur, vel deſcendentibus, vel adſcendentibus, vel fratribus vel ſororibns germanis aut conſanguineis, in eo tamen caſu, ſi perſona infamis, aut leuis notae macula laborans, ſit praelata. v. *L. 27. C. de inoff. teſt.*

§. 4.

Adrogatis impuberibus haec querela non competit, ſed *condictio ex L. 8. ſ. 15. ff. de inoff. teſt.* quae datur *adrogatis impuberibus iniuſte exheredatis contra heredem quemcunque, ad quartam omnium bonorum conſequendam.* Si quid in fraudem huius quartae alienatum, *actio quaſi Caluiſiana*, vel

*quaſi Fauiana* locum habet. *L. f. ſi quid in fraud. patr.*

§. 5.

His, quibus legitima debetur, non aliter querela inofficioſi teſtamenti competit, quam ſi in totum excluſi ſint ab hereditate. Si enim pars tantum legitimae relicta, *actio ſuppletoria* datur ex *L. 30. & 36. C. de inoff. teſt.*

§. 6.

*Actio ſuppletoria* eſt ciuilis perſonalis rei perſecutoria, *et datur iis, quibus legitimae pars tantum rite relicta, contra heredem in teſtamento ſcriptum, ad ſupplendum id quod legitimae deeſt.* Durat per *triginta annos.*

§. 7.

Tendit haec actio

1. *ad reſcindendum teſtamentum,*
2. *ad hereditatem ab inteſtato auocandam.*

Vltimus finis ex cumulatione querelae cum hereditatis petitione deſcendit. Hinc reliquos fines ab hereditatis petitione repetas. Male vero diſtinguitur in querelam ordinariam et extraordinariam, et in remedium reſcindens et reſciſſorium.

§. 8.

Hac actione *heredis inſtitutio corruit, reliquis capitulis ſaluis manentibus, Nov. 115. c. 3. 4.* quodque reſpectu fratrum et ſororum obtinere etiam cenſeo.

§. 9.

§. 9.

Fundamenta haec ſunt: de fundamentis eius. §. 9-17.

1. *teſtamentum inofficioſum,*
2. *quod, hoc reſciſſo, ius ſuccedendi ab inteſtato competat,*
3. *quod heres inſtitutus adierit hereditatem.*

§. 10.

Primum fundamentum requirit:

a. perſonam, cui debetur legitima,
b. vt rite ſit exheredata,
c. vt inique exheredatio ſit facta.

§. 11.

*Rite* intelligitur ſi *pure et nominatim ſit facta exheredatio. pr. I. de exher. lib.* Reſpectu matris, maternorum adſcendentium militisque praeteritio ſufficit. *ſſ. f. I. eod.* nec obſtat *Nov. 115.*

§. 12.

Non rite facta exhereditatione, querela nullitatis competit.

§. 13.

*Inique* facta exheredatio dicitur ſi vel *nulla*, vel *illegitima cauſſa exheredationis ſit adiecta*, vel *heres veritatem adiectae probare nequeat.*

§. 14.

Nihil ex his probare actor tenetur. Priora enim ex teſtamento patent, vltimum vero membrum ad heredis probationem pertinet, ſi fratres exheredatos excipias. *Nov. 22. c. 27.*

§. 15.

Competens iudex eſt vel *iudex domicilii*, vel *rei ſitae*.

§. 16.

Durat per *quinquennium* ab adita heredita computandum. *L. 8. ſſ. f. h. t.* & *L. 36. ſſ. 2. C. eod.*

§. 17.

Ad heredes actoris non tranſit, niſi

1. praeparata ſit actio. *L. 7. D. L. 5. C. h. t.*
2. ſi intra deliberandi tempus heredis ſcripti ſit exſtinctus.

Contra heredes datur, ſi poſſideant hereditatem, ſi non poſſideant, ad reſcindendum tantum agi poteſt.

§. 18.

excepti-ones op-pon. Exceptiones opponi queunt:

1. *iuſtae et verae cauſſae exheredationis*,
2. *pacti renunciatiui*,
3. *competentis iuris cohereditarii*,
4. *totius legitimae* vel *partis rite relictae*,
5. *renunciationis expreſſae* vel *tacitae, per agnitionem vltimae voluntatis*,
6. *actionis per mortem exheredati extinctae*,
7. *elapſi quinquennii*.

Libel-

Libellus.

Klaget, wasmaßen Klägers Vater ein Teſtament gemacht, und Beklagten darin zu ſeinem Erben eingeſetzt, Kläger aber, als des teſtatoris einziger leiblicher Sohn, aus einem erdichteten Vorwand, als ob ſich Kläger verlauten laſſen: er wolle daß ſein Vater längſt den Hals gebrochen, gänzlich enterbt. Ob nun wohl Beklagter nicht im Stande dieſe Urſach zu erweiſen, ſo hat er ſich dennoch der Erbſchaft angemaßt, und verweigert ſich, ohngeachtet bey dieſer Bewondnis das Teſtament, als inofficioſum, nicht beſtehen kann, die Erbſchaft Klägern abzutreten, daher Kläger zu klagen genöthiget worden, fordert ꝛc.

Daß das Teſtament als *inofficioſum* hinwieder zu *reſcindi*ren, und Beklagten Klägern die *libelli*rte Erbſchaft mittelſt eines *inuentarii*, oder eydlichen Specification *cum fructibus perceptis et percipiendis* abzutreten, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

SECTIO

## SECT. III. CAP. II.

### MEMBRVM IV.

### DE
### ACTIONE FAMILIAE ERCISCVNDAE.

§. 1.

de act. fam. erc. indole §. 1—8.

Eſt actio mixta ciuilis duplex, *quae datur coheredibus contra ſe inuicem, ad diuidendam hereditatem et perſonales praeſtationes faciendas.*

§. 2.

Omnes coheredes ſeu ciuiles, ſeu praetorii, ſeu ex iure ſtatutario hanc actionem inſtituere queunt.

§. 3.

Fines ſunt:

1. *vt diuidatur hereditas,*
2. *adminiſtrationis rationes reddat,*
3. *lucra communicet,*
4. *impenſas pro rata reſtituat,*
5. *damna culpa lata aut leui in concreto data reſarciat,*
6. *inaequalem diuiſionem corrigat.*

§. 4.

Quum fere omnia ad horum fundamentorum probationem pertinentia ex antecedenti actionum explicatione iam profluant, ſingularia tantum commemorabo.

§. 5.

Laeſio, licet non ſit vltra dimidium, ſufficit *L. 3. C. commun. vtr. iud.* modo ſit

1.

1. non modica,
2. tempore diuiſionis iam exſiſtens. cf. BOEHM. p. 252. diſtinguentem inter laeſionem ex aeſtimatione rerum et ex ipſa diuiſione prouenientem. Quae diſtinctio praeſtat.

§. 6.

*Modi diuidendi* ſunt vel *iudiciales*, vel *extra iudiciales*. Extraiudicialis ſufficere poteſt etiam ſi coheredes minorennes ſint, modo fiat adhibitis tutoribus et curatoribus, et a magiſtratu confirmetur.

§. 7.

*Vt diuiſio rite fiat*, requiritur

a. legitima obſignatio reſignatioque,
b. inuentarii confectio legitima,
c. taxatio rerum a peritis,
d. diuiſio vel per modum permutationis, durch looſen, (niſi optionis ius, das Kühr-recht, obtineat,) vel per modum venditionis priuatae, vel per ſubhaſtationem, aut auctionem publicam voluntariam,
e. conficiatur ein Ertheilungs-Receſſ.

§. 8.

Euictionem heredes ſibi inuicem praeſtare debent. *L. 14. C. h. t. cf. L. 27. ſſ. 8. de leg. 2.* In nominum diuiſione veritatem tantum euictionis cauſſa praeſtant, non bonitatem, niſi haec omnia expreſſe pro bonis nominibus adſignauerint in diuiſione.

§. 9.

§. 9.

de eius fundam. Fundamenta haec ſunt:

1. *ius cohereditarium*, quod probandum, niſi partem hereditatis poſſideat actor. v. Boehm. p. 246. Euolu. *L. 1. ff. 1. h. t.*
2. *adminiſtratio hereditatis* vel *ſolitaria*, vel *communis*,
3. *inaequalitas diuiſionis*.

§. 10.

Competens iudex eſt vel *domicilii*, vel *rei ſitae*.

§. 11.

Durat per *triginta annos*, et tam heredibus, quam contra heredes datur.

§. 12.

except. oppon. Exceptiones adplica:

1. *collationis nondum factae*,
2. *deficientis iuris hereditarii*,
3. *nominis heredis actoris deleti in teſtamento*, ergo teſtamenti quoad ipſum actorem reuocati.
4. *ipſe rationes nondum reddidiſti*,
5. *laeſionis tempore diuiſionis non exiſtentis*,
6. *laeſionis modicae*,
7. *diuiſionis per decretum factae*,
8. *renunciationis exceptionum*.
9. *alias exceptiones reſpectu euictionis in actione emti traditas hic quoque obſeruabis*.

Li-

Libellus.

Klaget, wie Seius, ſo den 1. Apr. 1764. geſtorben, ſowohl Beklagten als Klägern, als des defuncti leibliche Brüder zu rechtmäßigen Erben ab inteſtato hinterlaſſen. Wenn ſich aber Beklagter in Klägers Abweſenheit der Erbſchaft allein angemaßt, und ſich bis jetzo weder zur Theilung noch Ablegung einer richtigen Rechnung verſtehen will, Kläger aber in fernerer Gemeinſchaft dieſer Erbſchaft zu bleiben nicht gewillet iſt, als iſt Kläger ꝛc.

**Daß Beklagter zuförderſt eine richtige Rechnung von der Adminiſtration der *libell*irten Erbſchaft Klägern abzulegen, und demſelben ſeine Erbportion abzutreten, nichtsweniger alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

SECTIO

## SECT. III. CAP. II.

### MEMBRVM V.

DE

## ACTIONE COMMVNI DIVIDVNDO.

§. 1.

de act. com. div. indole §. 1—4.

Eſt actio mixta ciuilis duplex, *quae datur iis, qui, praeter hereditatem, res communes habent, contra ſe inuicem ad illas diuidendas et praeſtationes perſonales faciendas.*

§. 2.

DIRECTA actio datur iis, qui res ipſas in communione dominii habent, etiam ſociis.

VTILIS vero etiam iis, qui aliud ius commune habent, vt vſumfructum &c.

§. 3.

Iidem fines ſunt, qui in actione familiae erciſcendae, modo adplicantur ad res ex alia cauſſa communes.

§. 4.

Praecipua fundamenta ſunt:

1. *condominium* vel *aliud ius in communione exſiſtens,*
2. *adminiſtratio rei communis ſingularis.*

Reliqua ex familiae erciſcundae fundamentis ſunt adplicanda.

NB. [illegible] bis pag. 257.

§. 5.

autem legato, demum a tempore aditae hereditatis fructus debentur. vid. *tit. ff. quando dies legati cedat.*

§. 8.

Fictum quidem dominium non eſt probandum nam iuris eſt, probabit tamen actor, rec negante,

1. *acceſſiones,*
2. *quod vberiores fructus percipere potuiſſet.*

§. 9.

Reliqua fundamenta ex finibus cognoſces.

§. 10.

Competens iudex eſt vel *domicilii*, vel *quaſi contractus*, ſcil. vbi adiit hereditatem. Neutiquam vero in foro defuncti agi poteſt.

§. 11.

*Tranſit ad heredes actoris.* Excipe legatum vſusfructus, vſus, habitationis et optionis, quod, ſi legatarius moriatur ante hereditatem aditam, non ad heredes tranſit; ſi poſt aditam hereditatem fuerit mortuus, heredes optare, et fructus, qui defuncto vſque ad mortem, de vſufructu, vſu et habitatione debebantur, petere poſſunt.

§. 12.

Exceptiones nota:

1. *vltimae voluntatis inualidae,*

2. *legati ademti,*
3. *inhabilitatis legatarii,*
4. *legatarii indigni,*
5. *rei legatae absque lata et leui culpa exſtinctae,*
6. *falcidiae per legatum grauatae,*
7. *legati conditionati*, et *conditionis nondum adimpletae,*
8. *legati ſub modo relicti, nondumque praeſtitae cautionis,*
9. *legati in diem relicti,*
10. *electionis heredi competentis,*
11. *exſtincti principalis legati* adeoque et *acceſſorii,*
12. *gregis non amplius ex decem capitibus conſtantis:* ſc. ob vſumfructum gregis legatum,
13. *deficientis morae*, ob ignorantiam iuſtam codicillorum,
14. *legati morte legatarii exſtincti,*
15. *morae legatarii in acceptando legato.*

Libellus.

Kläger bringet klagend an, wasmaßen Sempronius, welcher den 1. Febr. 1747 verſtorben, ein Teſtament hinterlaſſen, darinnen er Caium zu ſeinem Erben eingeſetzt, Beklagten aber ſein Haus in der Reichsſtraße zwi-

zwiſchen N. und N. vermacht, und denſelben darneben mit einem legato von 400. thlr. ſo der Erblaſſer Klägern vermachet, graviret. Wann denn Caius die Erbſchaft angetreten, Beklagter auch das legirte Haus bereits den 2. Aug. 1746. in Lehn und Würden genommen, und ſolchemnach den letzten Willen des Erblaſſers agnoſciret, ſich aber an Klägern das ihm injungirte legatum von 400. thlr. zu bezahlen verweigert. Als iſt Kläger ꝛc.

Daß Beklagter das *libellirte legatum* von 400. thlr. nebſt dem *intereſſe morae* vom 2. Aug. 1746. nebſt allen verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

## SECT. II. CAP. II.

### MEMBR. XIX.

### DE CONDICTIONE INDEBITI.

§. 1.

de condict. indeb. indole. §. 1-4.

*Indebiti ſolutio* eſt quaſi contractus, vnilateralis, *quo is*, *qui indebitum per errorem ſolutum accepit*, *ad eius reſtitutionem obligatur*.

§. 2.

Oritur ex hoc quaſi contractu CONDICTIO INDEBITI, quae eſt perſonalis, et datur *illi*, *qui indebitum per errorem dedit*, *aduerſus accipientem*, *ad repetendum indebitum*.

§. 3.

Contra pupillum aut minorennem actio haec non competit, niſi locupletior exſiſtat. Quatenus contra delegantem competat vid. *L.57. ſſ. 1. ff. de condict. indeb. L.2. C. eod. L.12. §.13. ff. de nouat.*

§. 4.

Ratione finis eo reſpiciendum, *an indebite aliquid datum*, vel *promiſſum*, vel *remiſſum eſt*.

1. *Si indebite quid datum eſt*, tendit haec actio

SPECIE DATA

a. ad rem reſtituendam;

b. cum acceſſionibus et fructibus;

c. ad

c. ad aeſtimationem praeſtandam, ſi apud malae fidei poſſeſſorem perierit, contra b. f. poſſeſſorem non aeque.

QVANTITATE DATA, tendit ad tantumdem reſtituendum et quidem iure hodierno cum vſuris.

2. *Si indebite promiſſum*,
   a. ad reſtituendum chirographum,
   b. pignora data reddenda,
   c. hypothecas delendas,

3. *Si remiſſum indebite*,
   a. ad reddendam quietantiam
   b. debitum remiſſum ſoluendum.

§. 5.

Fundamenta conſiſtunt in requiſitis quaſi contractus indebiti ſolutionis, quae ſunt — de eius fundam. §. 5—9.

1. *ſolutio*, vel *promiſſio* vel *remiſſio facta*,
2. *vt indebite ſit factum*, vel ob deficientem naturalem obligationem, vel ob reprobatam obligationem,
3. *vt per errorem tamquam debitum praeſtiterit.*

§. 6.

*Solutio*, *promiſſio*, vel *remiſſio ab actore probanda eſt.* Probare quoque tenetur indebitum, niſi reus inficians ſolutionem de mendacio fuerit conuictus. De perſonis, quibus ob ſpecialem rationem probatio remiſſa, ſi totum indebite ſolutum adſerant, euoluas *L. 25. §. 1. ff. de probat.*

§. 7.

Error probari haud debet, cum ex indebito probato iuſta iam errandi cauſſa pateat, et nemo donare praeſumatur.

§. 8.

Competens iudex eſt vel *domicilii*, vel *quaſi contractus*, vbi ſcil indebitum accepit reus. Si per modum reconuentionis inſtituatur, in foro conuentionis eſt agendum.

§. 9.

Eſt *perpetua* actio, tempore a datione facta, computato.

§. 10.

exceptiones oppon.

Exceptiones ſunt

1. *debiti naturalis exſiſtentis, nec Iure ciuili reprobati,*
2. *transigendo datum eſt,*
3. *talis ſubeſt cauſa, vbi lis inficiando in duplum creſcit,*
4. *renunciationis iuratae,*
5. *pietatis cauſa dediſti*, et ſic *praeſumtae donationis,*
6. *ſciens indebitum dediſti. L. 53. ff. de R. I.*
7. *rei exſtinctae,*
8. *non locupletior factus ſum,*
9. *doli commiſſi.*

Li-

Libellus.

Kläger bringet klagend an, wasmaßen er nach Abſterben ſeines Bruders Sempronii demſelben ab inteſtato ſuccediret, worauf ihm Beklagter den 2. Jul. 1747. eine von dem Erblaſſer ausgeſtellte und verfallene Obligation auf 10000. Rthlr. produciret, und ſo wol des Capitals als derer von 3 Jahren aufgelaufenen Intereſſen Zahlung von Klägern gefordert, welches auch Beklagter, in Meynung, daß dieſe Forderung richtig ſey, baar abgetragen. Wenn ſich aber nunmehro, wegen obgedachter Obligation der mortifications-Schein aufgefunden, und daraus am Tage lieget, daß Beklagter ſothanes Capital nebſt Intereſſen indebite bekommen, die Zahlung auch von Klägern per errorem, immaſſen er von dieſem mortifications-Scheine nichts gewußt, geſchehen; Beklagter aber ſich, ohnerachtet er demſelben dieſen mortifications-Schein gezeiget, zur Wiedererſtattung nicht verſtehen will. Als iſt ꝛc.

**Daß Beklagter die *libellir*ten und empfangenen 10000. Rthlr. nebſt allen Zinſen von Zeit der erhaltenen Zahlung und verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

## SECT. II. CAP. II.

### MEMBRVM XII.

## DE ACTIONE DE RECEPTO.

§. 1.

de act. deRecept. indole §. 1—5.

Quaſi contractus RECEPTIONIS eſt vnilateralis, *quo exercitor nauis, cauponae* vel *ſtabuli recipiendo hoſpitum*, vel *vectorum res, ad quaeuis damna, in rebus receptis data, reſarcienda obſtringitur.*

§. 2.

Oritur inde ACTIO DE RECEPTO, quae eſt perſonalis, praetoria, quae *datur vectoribus ac hoſpitibus*, et eorum heredibus, *aduerſus exercitorem nauis, cauponae* vel *ſtabuli, ad receptas res reſtituendas, et damna reſarcienda.*

§. 3.

Conductores ordinarii aduerſus cauponem non hac, ſed conducti actione experiri debent, adeoque *damna lata, aut leui culpa locatoris data eſſe* probare debent, quod in actione de recepto non requiritur.

§. 4.

Contra bloße Schenkwirthe non datur. Aduerſus aurigas ordinarios et poſtarum magiſtros vtiliter adplicatur. Aduerſus plures exercitores in ſolidum datur.

§. 9.

§. 5.

Finis eo tendit, vt res receptas ſaluas reſtituat. Hinc

1. *ſi perierunt*, vel *furto ablatae ſunt, aeſtimatio danda,*
2. *ſi damnum tantum datum*, et re adhuc vti poſſit actor, *damnum reparandum venit.*

§. 6.

Fundamenta ſunt: eius fundamenta §. 6—9.

1. *exercitium nauis, cauponae*, vel *ſtabuli,*
2. *receptio rerum,*
3. *damnum datum*, vel *furtum factum eſſe.*

§. 7.

In hac probatione circumſpecte verſabitur actor. Quo enim facilior eſt primi fundamenti, eo difficiliorem viam in ſecundo et tertio probando inueniet.

§. 8.

In hac probatione attendendum

1. *quis receperit*, an *ipſe*, aut *alius ad recipiendas res conſtitutus,*
2. *exiſtentia rerum* probanda venit.

   Si tamen ſemiplenam etiam tantum probationem dederit, ad ſuppletorium iuramentum eſt admittendus.

3. *qualitas rerum, tempore receptionis,* quod maxime, ſi damna petat, neceſſarium,

4. *rerum pretium*, probandum eſt. Eritque pariter iuramento locus.

§. 9.

Competens iudex eſt *domicilii*, vel *quaſi contractus receptionis*.

§. 10.

exceptiones oppon.

Exceptiones deſeruiunt:

1. *exercitii pro parte tantum ad reum pertinentis*,
2. *nec ipſe res recepi*, *nec alius ad receptionem conſtitutus res recepit*,
3. *damni culpa actoris dati*,
4. *damni fatalis extrinſecus exſiſtentis*,
5. *proteſtationis tempeſtiue factae*, *de periculo non ſuſcipiendo*.

Libellus.

Klaget kürzlich, welchergeſtalt er bey ſeiner Durchreiſe allhier, in das Wirthshaus N. genannt, **worinnen Beklagter die Wirtſchaft treibet**, eingekehret, da den Beklagter ihm nicht allein eine Stube eingeräumet, ſondern auch durch die hiezu beſtellten Leute Klägers Sachen hineinſchaffen laſſen; Nachdem nun Kläger zu Mittage ausgegangen, und alles wohl verſchloſſen, hat er bey ſeiner Zurückkunft die Thüre offen, und ſeinen Coffre, worinnen die ſub A. ſpecificirten Sachen geweſen, deren Werth zuſam-

ſammen 360. Thlr. beträgt, leer gefunden. Worauf Kläger denn ſogleich Beklagten dieſen Diebſtahl wiſſen laſſen, und von ihm die Erſetzung des Schadens, wozu er denen Rechten nach verbunden, verlanget. Wann ſich aber Beklagter deſſen verweigert: als iſt ꝛc.

**Daß Beklagter die *libell*irten 360. Thlr. als den Werth derer aus dem Coffre entwendeten, und *ſub A. ſpecificir*ten Sachen Klägern nebſt allen verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

## SECT. III. CAP. I.

### DE
### ACTIONIBVS MIXTIS IN GENERE.

§. 1.

de act. mixtar. indole §. 1—8.

ACTIONES MIXTAE ſunt, *quae partim ex iure in re, partim ad rem deſcendunt.*

§. 2.

Duo itaque actionum mixtarum fundamenta ſunt:

1. *ſpecies iuris in re,*
2. *quaſi contractus*, vel *aliud factum obligatorium.*

§. 3.

Hinc duplex finis eſt actionum mixtarum,

1. *ad ius in re declarandum*, et *eius effectus conſequendos*,
2. *ad conſequendas praeſtationes perſonales.*

§. 4.

Hae actiones mixtae tamen, vel ex intentione agentis, vel ob aliquod agendi fundamentum deficiens, vel *mere perſonales*, vel *mere reales* eſſe poſſunt, Ex quo eſt, quod Imperator *ſſ. 15. I. de act.* tantum dicat, actiones mixtae *videntur.*

§. 5.

*Vtrumque fundamentum in his actionibus mixtis*, quum nullum praeſumatur, *probandum eſt.*

§. 6.

§. 6.

*Iudex competens in actionibus mixtis eſt iudex domicilii.* Quum enim neque ex iure mere reali, nec mere perſonali agatur, vix competens iudex haberi poteſt aut rei ſitae, aut quaſi contractus. Interim plerique etiam in foro rei ſitae inſtitui poſſe arg. *L. f. C. vbi in rem act.* ſtatuunt. Quod etiam praxis tenet.

§. 7.

*Actiones mixtae ſunt perpetuae. L. 35. ff. de oblig. & act.*

§. 8.

Transeunt ad heredes *vtrinque*, quatenus ſunt perſonales, quatenus vero ſunt reales, *ad heredes quidem actoris ſemper transeunt*, non vero aduerſus heredes rei, niſi quatenus ſunt poſſeſſores.

§. 9.

Specialem nunc tractationem ſuſcepturus ſequentes actiones enucleabo:

1. HEREDITATIS PETITIONEM, qua occaſione ſimul
   - a. QVERELAM NVLLITATIS,
   - b. QVERELAM INOFFICIOSI TESTAMENTI,
   - c. REMEDIVM *L. f. C. de Edict. D. Hadriani toll.* explicabo.
2. FAMILIAE ERCISCVNDAE,
3. COMMVNI DIVIDVNDO,
4. FINIVM REGVNDORVM actiones.

SECT.

## SECT. III. CAP. II.

### MEMBRVM I.

### DE HEREDITATIS PETITIONE.

§. 1.

IVS HEREDITARIVM eſt *ius ſuccedendi in vniuerſum ius, quod defunctus habuit, transmiſſibile.*

§. 2.

Ad ius hereditarium conſequendum datur HEREDITATIS PETITIO, quae eſt actio mixta, et datur *heredi aduerſus quemcunque, qui res hereditarias* vel *pro herede*, vel *pro poſſeſſore poſſidet, ad conſequendam hereditatem, et praeſtationes perſonales faciendas.*

§. 3.

Datur *heredi*, ſiue teſtamentario, ſiue legitimo, ſiue ſubſtituto, ſiue bonorum poſſeſſoribus. *Vtiliter* etiam *ad fideicommiſſarios vniuerſales*, et *emtores hereditarios* adplicatur.

§. 4.

Conceditur *contra eum, qui* vel *pro herede*, vel pro *poſſeſſore*, vel vere vel ficte *poſſidet.*

§. 5.

*Poſſeſſor* itaque *titulum, quo poſſidet actori edere debet. L. 11. C. h. t.* quod ſingulare eſt.

§. 6.

Competit etiam contra debitorem hereditarium, qui ideo renuit ſolutionem, quia ſe eſſe heredem adſerit. *L. 13. §. f.* et *L. 14. de her. pet.*

§. 7.

§. 7.

Fines ſunt:

1. *ad res hereditarias mediante inuentario, aut iurata ſpecificatione, reſtituendas,*
2. *ad res alienas quoque in hereditate repertas*, ſicut et
3. *ad fructus perceptos et percipiendos reddendos,*
4. *ad pretium ex alienatione rerum redactum tradendum,*
5. *ad debita exacta praeſtanda,*
6. *ad damna* lata aut leui *culpa data reſarcienda.*

M. f. poſſeſſor etiam de quauis culpa et caſu fortuito tenetur.

§. 8.

Tria cognoſcis fundamenta: de eius fundam. §. 7. 23.

a. *ius hereditarium,*
b. *adminiſtrationem hereditatis,*
c. *poſſeſſionem hereditatis*, vel totius vel partis vel rei ſingularis *pro herede* vel *poſſeſſore.*

§. 9.

*Mors eius*, cuius hereditatem petis quoque *probanda eſt.* Probatur per praeſumtionem, ſi abſens ſeptuaginta annos ſit, quo caſu actas adhibitaque diligentia in perſcrutanda commoratione probari debent. Alias probatur non tantum per atteſtata magiſtratus, et praefecti militis, ſed etiam per teſtes.

§. 10.

§. 10.

Ius hereditarium probaturus probet delationem vel per teſtamentum, vel per ſucceſſionem ab inteſtato, vel per pactum.

§. 11.

Teſtamentum requiritur validum, quodſi tamen vitio viſibili non laboret, praeſumitur validitas. Teſtamentum nuncupatiuum teſtium teſtimonio eſt probandum.

§. 12.

Reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato probare debet actor ius, ex quo ſuccedendi poteſtas ab inteſtato defluit.

§. 13.

Inde vel conſanguinitas, vel coniugium, vel ius collegii, vel ius fiſci in demonſtrationem venit.

§. 14.

Conſanguinitas non probatur per *ſtemma familiae*, den Stammbaum, niſi confirmetur durch die Tauf- und Todtenſcheine.

§. 15.

Si proximiores aut aeque proximi in ſchemate deprehendantur, adtende vt probes vel

1. *quod mortui ſint*, vel
2. *quod non habeant teſtamenti factionem paſſiuam*, vel
3. *pactis renunciauerint hereditati.*

[illegible]

§. 16.

§. 5.

Exceptiones ſunt

1. *pacti, ne intra certum tempus a communione diſcedatur,*
2. *deficientis communionis,*
3. *non competentis iuris prouocandi ad diuiſionem,*
4. *praeſcriptionis triginta annorum,*

Libellus.

Klaget kürzlich, wasmaßen er nebſt Beklagten das ſogenante Kehlholz, welches zwiſchen N. und N. gelegen, bisanhero in communione beſeßen, und genutzet. Nachdem aber Beklagter ſich unterſtanden verwichenen Herbſt 100. Klaftern Holz vor ſich ohne Klägers Vorwiſſen zu ſchlagen, und zu verkaufen, und das daraus gelößte Geld an ſich zu behalten, hierüber verſchiedene Zwiſtigkeiten ſich geäuſert, daß daher Kläger länger in dieſer Communion zu bleiben nicht geſonnen, Beklagter aber zu einer richtigen Abtheilung und Erſtattung Klägers Antheils vom verkauften Holze ſich in Güte nicht verſtehen will, als ꝛc.

**Daß Beklagter die Hälfte des aus dem im gemeinſchaftlichen Holze geſchlagenen Holzes gelößten Geldes Klägern zu bezahlen, nichtweniger gedachtes Holz in Beyſeyn**

beyderſeits durch einen geſchwornen Feldmeſſer ausmeſſen zu laſſen, Klägern ſeine Hälfte zu überlaſſen, und demſelben alle *cauſi*rte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

§. 6.

Si res commode diuidi nequit, ſubhaſtatio vrgeri poteſt.



## SECT. III. CAP. II.

### MEMBRVM VI.

### DE ACTIONE FINIVM REGVNDORVM.

§. 1.

Eſt actio mixta duplex ciuilis, *quae datur iis, qui confines agros habent, ad turbatos fines reſtituendos, et praeſtandum id, quod intereſt. L. 4. ſſ. 1. h. t.* de act. fin. reg. indole §. 1—4.

§. 2.

Competit DIRECTA dominis. VTILIS vſufructuariis, vſuariis, creditoribus pignoratitiis et b. f. poſſeſſoribus.

§. 3.

Hodie etiam quandoque ad praedia vrbana poterit adplicari, non vero Iure Rom.

§. 4.

Tendit

1. *ad confuſos fines reſtituendos,*
2. *ad omne intereſſe praeſtandum*, quod etiam ad fructus vltra veros fines perceptos, vel percipiendos, pertinet. *L. 4. ſſ. 2. h. t.*
3. *quandoque ad nouos plane fines conſtituendos. ſſ. 6. I. de O. Ind.*

§. 5.

Fundamenta ſunt: eius fundamenta §. 5—7.

1. *dominium praedii* vel *aliud ius in re,*
2. *delictum*, ſc. doloſa finium confuſio, ſi ad omne intereſſe agatur,

3. *quaſi contractus communionis agrorum ex confuſione exiſtentis,*
4. *fructuum perceptio vltra veros fines.*

§. 6.

Probandae confuſioni agrorum deſeruit ocularis inſpectio, in qua perueſtiganda ſunt veſtigia finium, et termini antiqui reſtituendi. Si non adpareant, per agri menſores iuratos agri dimetiendi ſunt.

§. 7.

Si reus alios fines vrgeat, probatio reo eſt iniungenda.

§. 8.

excepti-ones oppon.

Exceptiones ſunt:

1. *deficientis legitimationis ad cauſſam;* ſ. *tua non intereſt,*
2. *deficientis confuſionis, ſiue adhuc exſiſtentium terminorum,*
3. *confuſionis caſu fortuito factae,*
4. *non competentis iuris petendi fructus ante L. C. perceptos,*
5. *fructuum non vltra terminos perceptorum,*
6. *initae communionis fundorum,*
7. *praeſcriptionis.*

Libellus.

Klaget, wasmaßen Kläger in dem Dorfe N. an dem ſogenannten Funken-Wäldgen, 16. Acker Landes neben Beklagtens Feldern von

von 10. Ackern liegen hat. Nachdem nun die alten Grenzſteine nicht mehr vorhanden, und der Rein, ſo vor dieſem zwiſchen beyder Felder geweſen, vergangen, hat ſich Beklagter unterſtanden, über die alten Grenzen zu greifen, und Klägern etliche Meßruthen abzupflügen, ſolches auch für ſein Eigenthum zu gebrauchen. Wann denn Beklagter in Güte davon nicht abſtehee will; als ergehet Klägers Bitten:

Vermittelſt richterlichen Amts Klägers und Beklagtens Aecker durch einem oder mehr geſchworne Feldmeſſer, in beyderſeits Gegenwart ausmeſſen zu laſſen, ſo weit ſich eines jeden Grundſtücke erſtrecken, neue Mark- oder Reinſteine zu ſetzen, auch Beklagten, daß er ſich des über die Gränzen angemaßten Stückes enthalten, und alle bisher erhobene Nutzungen, nebſt denen verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig, auszuſprechen.

# SECT. IV. CAP. I.

## MEMBR. I.

## DE ACTIONIBVS IN REM SCRIPTIS, IN SPECIE DE ACTIONE AD EXHIBENDVM.

§. 1.

de act. adhib. indole §. 1—4.

*Actiones in rem ſcriptae* ſunt actiones perſonales, quae tamen, ob ſpecialem legum diſpoſitionem, contra quemuis poſſeſſorem dantur. Inter has *actionem ad exhibendum* et *quod metus cauſſa* pertractabo.

§. 2.

ACTIO AD EXHIBENDVM eſt perſonalis in rem ſcripta, praeparatoria, *quae datur illi, cuius peculialiter intereſt rem exhiberi, aduerſus quemuis poſſeſſorem, ad rem in iudicio exhibendam.*

§. 3.

Datur illi, cui peculialiter ex iuſta cauſſa intereſt, rem exhiberi. Adeoque *male ad res immobiles adplicatur.*

§. 4.

Tendit

1. *ad exhibendam rem, ſumtibus actoris,*
2. *in eadem cauſſa, in qua L. C. tempore fuit,*
3. *ad admiſſionem ad iuramentum in litem, ſi exhibere nolit.*

§. 5.

§. 5.

Fundamenta ſunt: de eius fundam. §. 5—8.

1. *intereſſe actoris iuſtum*, ſcil. quod probabilem cauſſam, principalem deinde poſt rem exhibitam, actionem inſtituendi, habeat, Nihil autem intereſt, an actionem realem, aut perſonalem inſtituere intendat *L. 12. §. 2. ff. h. t.* Confer *L. 3. §. 8. 13. ff. h. t.*
2. *poſſeſſio rei*,
3. *contumacia in exhibendo.*

§. 6.

Haec actio ſummario proceſſu eſt pertractanda.

§. 7.

Competens iudex eſt in rem ſcriptis actionibus *domicilii*, vel *rei ſitae.*

§. 8.

Durat actio in rem ſcripta per *triginta annos.*

§. 9.

Exceptiones liquidae tantum in hoc proceſſu attenduntur, ex quibus ſtatim pateat, vel intereſſe, quod allegatur, non eſſe iuris perfecti, vel ius agendi principaliter eſſe exſtinctum. Hinc ſequentes liquidae tamen opponi poterunt exceptiones: exceptiones oppon.

1. *deficientis intereſſe ex iure perfecto*,
1. *transactionis*,
3. *rei iudicatae*,
4. *praeſcriptionis.*

Libellus.

Denenſelben habe klagend zu hinterbringen, wasmaßen mir vor 6. Wochen ein ſilberner vergoldeter Becher, ſo 3 Mark und 4 Loth gewogen, und darauf ein Jagdſtück geſtochen geweſen, entwendet worden, wie ich denn ſothanen Diebſtahl bey Denenſelben ſogleich denuncirete, und in denen öffentlichen Anzeigen bekannt machen laſſen. Nachdem ich nun erfahren, daß Caius, der Goldſchmidt allhier, einen dergleichen Becher gekauft haben, und annoch beſitzen ſolle, ich aber ſolchen in Anſpruch zu nehmen gewillet bin, jedoch um mehrerer Sicherheit dieſen Becher vorher in Augenſchein zu nehmen mich gemüßiget finde.

**Als ergehet an Dieſelben mein ergebenſtes Bitten, gedachten *Caio*, daß er obberührten Becher in die Gerichte bringen, und mir ſelbigen betrachten laſſe, bey 5 thlr. Strafe aufzulegen.**

§. 10.

Hodie conſultius duco, ſi hanc actionem ſtatim cum principali cumules.

# SECT. IV. CAP. II.

## MEMBRVM II.

## DE ACTIONE QVOD METVS CAVSSA.

§. 1.

Eſt actio praetoria, perſonalis, in rem ſcripta *L. 9. ſſ. 8. ff. h. t.* arbitraria, *quae datur vim paſſo*, eiusque heredibus, *aduerſus tertium quemuis poſſeſſorem, ad rem reſtituendam, et ſi contumax ſit, ad quadruplum intra annum praeſtandum.* de act. q. met. cauſſa indole §. 1—5.

§. 2.

*Prouenit ex reſtitutione in integrum*, quae locum habet, ſiue liberatio, ſ. alienatio, ſ. promiſſio metu ſit facta *L. 9. ſſ. 3. ff. h. t.*

§. 3.

Datur illi, *qui per vim iniuſtam alterius laeſus eſt*, ſiue per alienationem, ſ. promiſſionem, ſ. liberationem.

§. 4.

Datur aduerſus

1. *vim inferentem*, licet non amplius poſſideat,
2. *contra tertium quemuis poſſeſſorem*,
3. *contra plures metum inferentes in ſolidum.*

§. 5.

Tendit

1. *ad reſtitutionem rei vi extortae*,

2. *cum omni emolumento et fructibus L. 11. ſ. 7. L. 12. & 21. ff. h. t.*
3. *ad aeſtimationem rei, ſi apud metum inferentem, vel malae fidei poſſeſſorem perierit,*
4. *ad quietantiam reſtituendam, redindegrandamque obligationem,*
5. *ad chirographum metu extortum reſtituendum,*
6. *ad quadruplum praeſtandum, ob contumaciam in reſtituendo poſt ſententiam.* Quadruplatur res cum omni cauſſa.

§. 6.

de eius fundam. §. 6 - 10.

Fundamenta ſunt:

1. *reſtitutio in integrum praetoria,*
2. *vt reus rem vi extortam poſſideat,*
3. *mala fides poſſidentis*, ſc. *ad aeſtimationem conſequendam et fructus percipiendos,*
4. *contumacia in reſtituendo.*

§. 7.

Reſtitutio haec in integrum requirit,

1. vt aliquid geſtum ſit. Conf. *L. 20. ff. de V. S.*
2. vi iniuſta compulſiua,
3. metus iuſtus, non vanus ſit. Euolu. *L. 1. & 2. C. de his, qui per med. iud.*
4. *vt inde vim paſſus damnum ſenſerit.*

§. 8.

§. 8.

Competens iudex eſt vel *domicilii*, vel *rei ſitae.*

§. 9.

Durat, quatenus, in ſimplum agitur, *perpetuo L. 35. ff. de obl. & act.* et *L. 14. ſſ. 1.* et *L. 4. C. h. t.* Quod nec per *L. f. C. de tempor. in integr. reſtit.* eſt mutatum. Quatenus vero ad quadruplum tendit, per anni tempus tantum competit *L. 14. ſſ. 7. ff. h. t.* et all. *L. 35.*.

§. 10.

Ad heredes actoris tranſit, ad heredes rei vero non, niſi aliquid ad heredes peruenerit *L. 117. ff. de R. I.* vel lis a defuncto ſit conteſtata.

§. 11.

Exceptiones ſequentes deſeruient: except. oppon.

1. *vis iuſta ex cauſſa adhibitae,*
2. *publica auctoritate illatae,*
3. *metus vani,*
4. *ſponte, poſt ceſſantem metum, ratihabuiſti,*
5. *deficientis laeſionis,*
6. *ſpolii tantum in continenti erepti,*
7. *accepi tantum, vt te a vi liberem,*
8. *interitus rei, quoad b. f. poſſeſſorem,*
9. *deficientis poſſeſſionis,*
10. *morae in acceptando,*
11. *rei propriae extortae.*

Li-

Libellus.

Klaget, welchergeſtalt den Johannistag a. p. zwey unbekannte Kerls zu Klägern in ſein Gartenhaus vor dem Neumärkerthore gekommen, ihm die Piſtolen mit aufgezogenen Hänen auf die Bruſt geſetzet, und ihm auf der Stelle zu erſchieſſen gedrohet, wenn er ihnen nicht ſeinen am Finger habenden Ring mit 9 groſzen Rauten-Diamanten geben würde. Nachdem nun Kläger der augenſcheinlichen Todesgefahr zu entgehen, den Ring zu geben genöthiget worden, nachgehends aber dieſen Ring bey Beklagten geſehen, welcher ihn noch vor 3 Tagen am Finger getragen, dieſer ſich aber, aller Vorſtellung ungeachtet, ſolchen an Klägern zu reſtituiren verweigert; als iſt ꝛc.

**Daß Beklagter den *libellirten* Ring Klägern zu reſtituiren, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten, und dafern er ſich ferner deſſen verweigern ſollte, annoch den dreyfachen Werth deſſelben zu bezahlen ſchuldig.**

## SECT. V. CAP. I.

## DE ACTIONIBVS PRAEIVDICIALIBVS IN GENERE.

§. 1.

Sequuntur coronidis loco *actiones praeiudiciales*, quae ex ſtatu oriuntur. Vocantur autem ita, quia, ſi cum aliis quaeſtionibus ex iure rerum concurrunt, ante omnia decidendae ſunt. de act. praeiud. in gen. indole §. 1—5.

§. 2.

Diuiditur actio praeiudicialis in *adfirmatoriam* et *negatoriam*.

§. 3.

*Adfirmatoria datur illi, qui adſerit ſibi ſtatum, & ius exinde competens, aduerſus negantem, vt declaret, ſtatum et ius inde dimanans actori competere.*

§. 4.

*Negatoria datur illi, qui negat alteri ſtatum, et ius competens, vt declaretur, nec ſtatum, nec ius exinde reo competere.*

§. 5.

Triplex eſt ſtatus: nempe libertatis, ciuitatis et familiae. Hinc ſecundum hos ſtatus actiones perſcrutabor, conſiderando tam directas, quam vtiles.

## CAP. II.

## DE ACTIONE EX STATV LIBERTATIS.

§. 1.

de act. ex ſtatu libert. indole §. 1-10.

Cum hodie ſeruitutes amplius haud adſint, vix aliqua adplicatio locum habet, quam in *mancipiis Turcicis*. Vtilis adplicatio ad ſtatum hominum propriorum, ruſticorum ad operas, colonorum, cenſitorum, monachorum &c. fieri poteſt.

§. 2.

Quodſi itaque ille, a quo dominus operas hominis proprii poſcit, liberum ſtatum adſerit, adfirmatoriam actionem inſtituet ex ſtatu libertatis.

§. 3.

Petitum eſt: **Daß Kläger für eine freye Perſon zu achten, und dahero Beklagter ſich aller ferneren Turbation ſothaner Freyheit, durch Prätendirung eines Leibeigenſchafts-Rechts, bey 20. thlr. Strafe zu enthalten.**

§. 4.

Quamuis alias actor agendi fundamentum probare debeat, hic tamen libertatis praeſumtio actorem ab onere liberat, niſi reus in *poſſeſſione* ſit conſtitutus, quod ſc. iam ſeruitia hominis proprii praeſtiterit. *L. 7. ff. de libert.*

§. 5.

§. 5.

Reus igitur probare debet ſtatum proprii hominis, quod etiam obtinet, ſi ipſe dominus negatoria actione experiatur.

§. 6.

Probabit autem vel *per natiuitatem*, vel *conuentionem*, vel *per praeſcriptionem*, vel *per legem*.

§. 7.

Eadem ratione procedi debet in reliquis caſibus, quoad ruſticorum operas.

§. 8.

Iudex competens eſt *iudex domicilii* et *rei ſitae*. Notato tamen eo, quod, quoad operas ruſticorum hae querelae coram regimine aulico ſint expediendae *Iure Saxon. Dec. Elect. 33.* Aliud extra Saxoniam obtinet.

§. 9.

Ad heredes actoris tranſit, non vero contra heredes rei, quia eſt perſonale ius.

§. 10.

Negatoriae actioni longo tempore praeſcribitur, (ſc. quae contra libertatem) adfirmatoriae vero nulla temporis praeſcriptio obſtat *L. f. C. de long. temp. praeſcr. quae pro libertate, non contra libertatem opponitur.*

§. 12.

§. 11.

Variae exceptiones pro re nata opponi poſſunt.

*Quoad homines proprios.*

1. *Status hominis proprii ipſa natiuitate conſtituti.* Contra quam replica manumiſſionis factae, aut legatae libertatis, item praeſcriptionis dabitur.
2. *Adſciti ſtatus hominis proprii per con-conuentionem.* Cui replicae nomine omnes exceptiones opponi poſſunt, quae contra conuentiones competunt; potiſſimum *minorennitatis* exceptio conſiderationem meretur,
3. *praeſcriptionis immemorialis*, quamuis alii longiſſimi temporis hodie admittant.

*Quoad ruſticorum operas.*

1. *Legis ſcriptae*, aut *conſuetudinis*, opponi poteſt: replica immodicarum, inhoneſtarum, inconſuetarum operarum,
2. *conuentionis:* replicabit actor conuentionem cum ſingulis, non cum tota vniuerſitate initam eſſe.
3. *Tricennariae praeſcriptionis.* Replicae notentur, quibus vſucapio inuerti poteſt.

*Quoad cenſitos.*

*Exceptio conuentionis* et *praeſcriptionis* locum habet. Replica praeſcriptionis libertatis obtinebit.

*Quoad*

*Quoad Monachos.*

*Exceptio adſumti ſtatus monachalis.* Eneruabitur per replicas coactionis, anni probationis nondum elapſi, et ſic liberae diſcedendi competentis facultatis.

Libellus
actionis adfirmatoriae ex ſtatu libertatis.

Bringet klagend an, daß obwohl Kläger von Geburt in der Leibeigenſchaft Beklagtens ſich befunden, derſelbe dennoch Klägern, da er ſich denen Studiis gewidmet, gänzlich gegen Erlegung 100. Rthlr. freygelaſſen; Wann aber Beklagter ſich unterſtanden, von Klägern zu fordern, daß er nach abſolvirten Studiis hinwiederum zurücke kommen, und den einem Leibeigenen ſchuldigen Gehorſam leiſten ſolle, dadurch alſo Klägern in ſeiner erlangten Freyheit turbiret; als iſt ꝛc.

**Daß Kläger für einen freyen Menſchen zu achten, dahero Beklagter ſich aller fernern Turbation und Prätenſion des Rechts der Leibeigenſchaft zu enthalten, auch alle verurſachte Koſten zu erſtatten ſchuldig.**

Poſſet etiam peti: **Abbitte und Ehrenerklärung.**

Libellus actionis negatoriae.

Klaget, daß obwol Kläger, als Beſitzer des Guths zu N. von 20. 30. 40. und mehr Jahren her in praeſcripta poſſeſſione ſich befindet, von der Gemeinde daſelbſt zu fordern, daß ſie mit Sonnen-Aufgang bis zum Niedergang 2 Tage in der Woche nach Klägers Gefallen ſowol Hand- als Pferde-Frohnen leiſten müſſen; Beklagte ſich dennoch unterſtanden, da Kläger denenſelben das Dreſchen in der Scheure andeuten laſſen, ſich deſſen unter dem Vorwande, als ob ſie zum Dreſchen nicht frohnen dürften, zu weigern. Wann ſich nun Kläger ſeines durch Rechtsbeſtändige Verjährung erlangten Rechts zu begeben nicht gemeynet, Beklagte aber ſich in Güte mit Dreſchen die Frohnen-Dienſte zu leiſten, nicht verſtehen wollen; als rc.

**Daß Beklagte von Sonnen-Aufgang bis zum Niedergang mit Dreſchen wöchentlich zweymal nach Klägers Gefallen zu frohnen, auch alle verurſachte Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

CAP.

## SECT. V. CAP. II.
## DE ACTIONE EX STATV CIVITATIS.

§. 1.

Adfirmatoriam inſtituunt,

1. *ciues, ad ius ciuibus competens ſibi vindicandum.* v. c. Bürgerliche Nahrung und Handtierung zu treiben, ſein Vieh auf der Gemeinde Hütung zu treiben, Bier zu brauen ꝛc.

2. *Incolae quoad ius incolatus.* Vocantur *incolae*, qui domicilium in ciuitate habent, *L. 209. de V. S. L. 20. ff. ad municip.* et ſunt ſubditi loci. Vſu fori emolumentis ciuium, bürgerliche Nahrung und Handtierung zu treiben, non fruuntur.

3. *ob ius vicinitatis*, ſimiliaque iura.

§. 2.

Ex his apparet, quando negatoria actio locum habeat.

§. 7.

Competens iudex etiam hic eſt ratione *domicilii.*

§. 4.

Ius ciuitatis contra ciuitatem acquiritur Iur. Sax. communi et ciuili 40. annis, Iur. Sax. Elect.

ann. 31. 6. ſeptim. 3. diebus. *Conſt. Elect. 6. p. 2.* Amittitur vero etiam ius ciuitatis per renunciationem, vel expreſſam, vel tacitam, ſcil. non vſum.

Libellus actionis adſirmatoriae.

Klaget, daß obſchon Kläger nicht allein Bürger allhier geworden, ſondern auch das Kramer-Recht bey hieſiger Innung erlanget, Beklagter ſich dennoch unterſtanden, ihm nicht nur das Ausſchneiden zu verwehren, ſondern auch ſo gar Klägern für keinen würklichen Kramer erkennen wollen. Dannenhero Kläger ꝛc.

**Daß Klägern das Kramer-Recht zuſtändig, und dahero Waaren auszuſchneiden, und Ellenweiß zu verkaufen wohl befugt, Beklagter ſich hingegen aller Turbation diesfalls bey 20. Rthlr. Strafe zu enthalten, auch alle verurſachte Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

Li-

Libellus actionis negatoriae.

Bringet klagend an, wasmaßen Beklagter unter dem Vorwand, daß er für ſich Bier und Wein einlege, ſolches an jedermann verläſſet, und alſo bürgerliche Nahrung und Handtierung zu treiben, ſich unterfänget. Wann er aber das Bürger-Recht nicht erlanget, mithin ſolche Nahrung keinesweges zu treiben befugt iſt, auch in Güte davon nicht abſtehen will; als ꝛc.

**Daß Beklagter bürgerliche Nahrung zu treiben nicht befugt, und dahero ſich des Bier- und Wein-Einlegens zum ordentlichen Schanke bey 20. Rthlr. Strafe zu enthalten, auch alle verurſachte Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.**

## SECT. V. CAP. IV.

## DE ACTIONE EX STATV FAMILIAE.

§. 1.

Datur haec actio:

1. *patri, vt filius illum agnoſcat,*
2. *vt ſub patria poteſtate conſtitutus vſumfructum aduentitiorum ipſi relinquat,*
3. *filio, vt pater eum agnoſcat et alimenta praeſtet,*
4. *mater* etiam agere poteſt *ad partum agnoſcendum*, vel *curator forſan* aut *tutor conſtitutus*, vbi quoad fundamenta notes:
   a. iuſtum matrimonium et tempus legitimum quoad terminum a quo et ad quem,
   b. ſi ex illegitimo ſit concubitu, tempus concubitus et tempus partus curate in libello exprimi debere. In his caſibus exceptiones opponi poſſunt:
      α. *quod rem habuerit cum pluribus,*
      β. *impotentiae, abſentiae,*
      γ. *transactionis ſuper alimentis.* Haec tamen matri tantum nocet, non partui, ſi mater alimenta praeſtare nequeat,

5. ratione coniugii actio ad agnoſcendam coniugem competit, vbi fundamentum eſt legitimum coniugium, atque ad alimenta praeſtanda etiam agi poteſt, licet ſeparatio à thoro et menſa facta,

6. ad matrimonium contrahendum, vbi requiritur, vt publica et valida ſponſalia inita ſint,

7. pariter ad diuortium ob adulterium, vel malitioſam deſertionem agi poteſt.

## Libellus.

Klägerin bringet klagend an, wasmaßen ſie ſich mit Beklagten 1739. verehliget, und mit demſelben den erſten Sonntag nach Trinitatis in der Sct. Thomas-Kirche allhier öffentlich copulirt worden, auch mit ihm 1745. eine Tochter, Urſulam Blandinam erzeuget. Nachdem nun Beklagter, Klägerin Ehemann, ſie kurz darauf nebſt dem Kinde, ſo Klägerin bis jetzo ernähren müſſen, böslich verlaſſen, und Klägerin durch die vor dem Hochlöblichen Conſiſtorio angeſtellte Deſertions-Klage es dahin gebracht, daß ſie von ihm durch Rechtskräftiges Urtheil geſchieden, Beklagter ſich aber anjetzo hier aufhält, und die erzeugte Tochter nicht annehmen und ernähren will; als iſt ꝛc.

Daß

Daß Beklagter die mit ihr erzeugte Tochter, *Urſulam Blandinam*, für ſein Kind zu agnoſciren, ſelbige anzunehmen und zu ernähren, Klägerin auch die bisher gereichte *Alimenta*, ſo ſich nach der Beylage *ſub ſigno* ⊙ auf 200. Rthlr. belaufen, nebſt denen Zinſen und verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig.

FINIS

TRACTATIONIS

DE ACTIONIBVS FORENSIBVS.



DIA-

# DIATRIBE
DE
# QVALITATE POSSESSIONIS IN PROCESSV POSSESSORIO SVMMARIISSIMO.

§. I.

Antea, quam propoſitum perſequor, de poſſeſſione dicam, fontes tractandi argumenti aperturus. Poſſeſſio eſt detentio rei tanquam ſuae, ſiue quis eam ſuam eſſe putet, ſiue ab aliis ſuam eſſe credi cupiat. Ex quo aeque corporalium atque incorporalium rerum vera patet ſignificatio. Nondum enim ſatis intellexiſſe mihi videor, quod ſit, vndiquaque ſparſum, diſcrimen verae & quaſi poſſeſſionis. Scio veram dici, quae corporeis, quaſi vero, quae corpore deſtitutis rebus tribuitur. Neque me fugit, quam intoleranter de effectibus diſtinctionis ſe iactent. Sed multis nihil dictum puto. Dudum ſtomachum mouerunt illae quaſi inuentiones, quibus nihil incomtius eſt cogitatu. Nihil certe magis effeciſſe mihi videntur, quam vt, quod intellectu facile erat, tenebris coecisque nubibus circumfundatur. Mihi itaque, veram poſſeſſionem rebus incorporalibus accommodanti, ſufficiet definitionem omni ex parte ad iura ſpectare. Detentionis nomen, quo circumſcripſi poſſeſſionem, ſatis declarat, nullam poſſeſſionem ſua eſſe natura, neque ipſo iure

 trans-

transferri. Facto ergo indiget poſſeſſio, quo acquiratur. Neque libertas naturalis, praeſumtione alias munita, habet relaxationem. Qua in re duce vtor BERGERO *in Electis Proc. Poſſeſſ. ſſ. 10. ſeqq.* in quo, quicquid ad confirmandam ſententiam ſoluendasque dubitationes pertinet, egregie congeſtum inuenio. Heredem pariter, quem defuncti perſonam gerere, inque omne ius defuncti ſuccedere expediti iuris habetur, poſſeſſorem non eſſe, niſi actu corporali ſibi eam applicuerit, euincit *L. 23. D. de acqu. vel omitt. hered.* Plenius rem docet IOANNES VOET. *ad D. all. tit. ſſ. 2.* alias leges, ſcrupulum iniicientes, ad concordiam reuocans. Eſt itaque apprehenſio poſſeſſionis actus, quo quis animum ſibi habendi rem ſigno externo declarat, ad conſequendam rei poſſeſſionem & commoda ei lege tributa. Adiuuatur haec definitio auctoritate *L. 3. ſſ. 1. L. 8. D. d. tit. et L. 153. de regul. Iur.* ex quibus dimanat regula: *Nullam poſſeſſionem, niſi animo et corpore ſimul, acquiri.* Haec vero verba: *corpore acquirere*, non rudis ſermonis habenda ſunt. Manus ipſas vt rei poſſidendae iniicias, leges nihil iubent. Varii quippe generis, quis ignorat, traditiones, in quibus non corpore incumbimus rei, non itur in ipſam rem, et tamen poſſeſſiones transferri, nullus dubitat. Quocirca ita lex erit accipienda. Non intus latens propoſitum capeſſendi poſſeſſionem ſufficit, ſed externus actus, corpore exercitus, animum exponens requiritur. Vti ergo ex facto animus patet,

tet, ita eum verbis explanare non opus eſt. Et ex eo etiam eſt, quod in foro, vbi probationem poſſeſſionis agunt, nullus plane articulorum eo dirigatur. Abundans omnino eſſet, et rudis ingenii teſtimonium. Quanto autem maior eſt vis facti apprehenſionis, tanto ſtudioſius qualitatem facti penſites, ne, inani ſpe deceptus, vmbram poſſeſſionis quaeras. Huius enim generis factum requiritur, quod, vel aperte animum declarat, vel ex quo leges mentem intellectam cupiunt. Quo nomine ſequentia in ſollicita conſideratione habeas, 1) vt talis perſona factum ſuſcipiat, quae neque natura impedita, neque legibus prohibita cernitur, 2) eiusmodi res ſit, quae poſſideri poteſt lege, 3) tale tandem ſit factum, ex quo intelligatur, quam, qualem, quantamque quis ſibi comparare velit poſſeſſionem. His ſuis abſoluta numeris poſſeſſio laetum promittit euentum.

§. II.

Quam eximios rite acquiſita poſſeſſio producat effectus, copioſius non commemorabo. Vndiquaque in iure noſtro obuerſantur largiſſimi. Hos inter non poſtremo loco ponitur, defendendi eam, contra alterius impetum & turbationes, impertita poteſtas. Eſt vero turbatio poſſeſſionis actus, quo poſſeſſor in exercitio poſſeſſionis, iure ipſi vindicando, quouis conatu impeditur. Quibus autem modis ſuſcipiantur turbationes, huius loci non eſt. In id tantum meditabor, vt in genere de turbationis indole conſtet. Cuncta turbationum genera in eo conueni-

ueniunt, quod factum aliquod requiratur. Licet enim probe cognitum habeam, inter verbalem et realem, multum diſcriminis poni. Hac ex parte tamen nihil differre iure affirmo. Qualitas vero huius facti turbatiui, vt vocatur, eo ſpectat, vt exinde poſſidentem in vſu ſuae poſſeſſionis, vel omni, vel aliqua ex parte interpellatum intelligamus. Non pauci eo nomine in errorem dilabuntur, reque mediocri cogitatione ſcrutata triſtem exitum experiuntur. Studioſe ſane exquirenda eſt facti turbatiui conditio. Quibus circumſcribatur limitibus, diligenter perueſtigetur. Qua habita circumſpectione, qualitateque facti ad poſſeſſionis definitionem compoſita, quid contra tuam faciat poſſeſſionem, patebit. Quod ſi nihil eam delibari aduertas, animum ab altercatione auoces. Quo vero eſt iniuſtius in aliorum poſſeſſiones impetus facere, eo aequius propellere inuaſiones. Obuiam igitur iturae leges inhiantium turbae, poſſeſſoribus auxilia praeſtant. Non enim priuata tantum manu defendere quietem datum eſt; ſed et publica auctoritate tuitiones parantur. Inuenta eo nomine poſſeſſoria iudicia, quibus irrumpentium libido perfringitur.

§. III.

Quantum petitoria inter et poſſeſſoria iudicia ſit diſcrimen, pauci ignorant. Petitorium dicitur, in quo de iure, ſiue hoc ſit perſonarum, ſiue rerum, lis agitatur. Ipſum ius quoque poſſidendi ad aliud iudicium iure non refertur. Neque ſatis mirari poſſum, quo negotio quidam poſ-

poſſeſſionis titulatae, vt efferunt, disquiſitionem poſſeſſorio vindicent. Quae tamen omnis petitorii cauſam reſpicit. Nihil iuuat ipſos, dum putant, in poſſeſſorio ordinario de iuſtiori dimicari poſſeſſione. Vnde enim haec probabitur conſecutio? Nec legum, nec obſeruantiae patrocinio ſtipatur. Antiquior poſſeſſio, nulloque labefactata vitio, an iuſta ſtatim habebitur? Minime haec conueniunt. Ad modum et qualitatem poſſidendi ſpectant, ad iuſtitiam nihil. Vbi autem titulus, ſiue cauſa, propter quam poſſeſſione quis fruitur, in contentione eſt, de iure poſſidendi pugnant. Quod, quo conſilio pertineret ad poſſeſſorium, auidus eſſem intelligere. Pariter, ſi quis poſſeſſionis praeſcriptae mentionem iniecerit libello ſuo, petitorium elegiſſe conſtat. Et ſi quoque leui prudentia tinctus petitum poſſeſſorii indolem redolens appoſuerit, in petitorio tamen pronunciari, iuſtum eſt. Sin vero ineptum reiicere placuerit libellum, de iuſtitia non dubitabo. Aliud poſſeſſoriae iudicium poſcunt actiones. Tales dicuntur, in quibus de facto tantum poſſeſſionis diſceptatur. Non autem vna eademque eſt poſſeſſoriorum ratio. Celebrant in foro diſcrimen inter poſſeſſorium ordinarium, et ſummarium, ſiue, vt alii loqui amant, ſummariiſſimum.

§. IV.

Grauiter quidem, quod moris eſt, diſputatur de ortu huius diſcriminis. Num Iuri Ciuili, aut Cannoico debeatur? Num imperii ſanctionibus acceptum feratur? An moribus inuen-

uentio iure vindicetur, grauis eſt, nondum ſepulta, controuerſia. Tempus non vacat, vt cogitem in praeſenti de digno tantae diſceptationis ſepulcro. Sed quicquid huius rei ſit, neque Ciuilia, neque Canonum iura in poſſeſſoriorum cognitione obliuioni tradere conſultum arbitror. Et ius quidem ciuile actioni inſtituendae operam nauat non ſpernendam. Excepturo conſulit pariter. Modi apprehendendi poſſeſſionem, ſummum poſſeſſorii iudicii caput, in hoc iure finiuntur. Quis? contra quem? vbi? quo iure agat? qua experiaris actione? Hoc omne ex ciuilibus hauritur legibus. Procedendi quoque modus ab illis non plane alienus eſt. Fontes enim inhibitionum, quas Camerae Sanctiones reſtaurarunt, Saxonicae Leges excoluerunt, atque quotidie exercent Curiae prouinciales, vnde vberius duces? Nec mediocriter Canonica Iura meditationi deſeruiunt. Summarium enim proceſſum poſſeſſoriis cauſis applicari pauci ignorant. Et quamuis res ipſa iubeat monſtroſum hunc proceſſum politius limare, prima tamen, quae iacta ibi ſunt, fundamenta, non omnino in contemtu habenda ſunt. Nunc mihi ſufficiet forum agnoſecrere diſtinctionem, multisque et nouis legibus confirmari, informari pariter. Scrutaturis tamen fontes argumenti operam nauabunt GEORG. PFANNKVCH *de Summariiſſimo poſſeſſorio ad Ordinat. Camer. Imp. P. 2. Tit. 21. fin.* (quem tractatum adauxit GERHARD PFANNKVCH) BÖHMER *in diſſert. de vero vſu poſſeſſorii ordinarii et ſummarii Cap. 2. ſ. 1.* et

BER-

BERGERVS *in Elect. Proc. poſſeſſ. th.* 1. 2. 3. Quo vero conſtet differre ordinarium a ſummario poſſeſſorio, duae quaeſtiones de facto poſſeſſionis incidunt. Altera, *an quis poſſideat praeſenti tempore?* Altera, *quo modo quis poſſideat?* De modo poſſidendi dum lis eſt, in poſſeſſorio ordinario verſamur, inque eo illud in conſiderationem venit, quis antiquiori fruatur poſſeſſione, neque clandeſtinatis, neque precarii, neque violentiae vitio corrupta. Equidem illud facile largimur, in libello poſſeſſorii ordinarii de his vitiis poſſeſſionis nihil commemorari. Neque demonſtratio continet articulum eo directum. In quo nihil ineſt erroris, prudentia magis ſe commendat. Illud actori ſufficit praeſumi poſſeſſionem vitiis non corruptam. Sed hoc tamen reo conſilium dabitur, vt, contra ſuſcipiens demonſtrationem, probatis poſſeſſionum vitiis, praeſumtionem eneruet. Ex petito quoque libelli diſcriminis ducturus rationem plene ſe non informabit. Parum enim aut nihil ab indole petitionis poſſeſſorii ſummariiſſimi diſcedere videbit. Vnde ergo cognoſcendi aditus erit? Ex ipſa poſſeſſione, et primo, qui definitur in libello, anno, merito iudicabitur. Qui enim antiquiore poſſeſſione ſe munitum aſſerit, videtur alteri momentaneam poſſeſſionem largiri, adeoque ab eo anno tantum in commemorando exordium capit, in quo vltimum actum quietum ſuae antiquioris poſſeſſionis exercuit. Pone itaque Caium per anni ſpatium poſſediſſe ius aliquod, Sempronius vero

ante

ante hunc annum in poſſeſſione conſtitutus fuit quieta. Quod ſi ergo Sempronius de ſua poſſeſſione litem moueret, ordinarium poſſeſſorium eſſet, cum de antiquiori, non praeſentanea, agatur. Quo nomine hoc modo libellus conciperetur:

Ob ich mich wohl vor 2. 3. 4. und mehr Jahren in poſſeſſione quieta befinde ꝛc.

Non mediocriter autem antiquam poſſeſſionem defenſuri errabunt, ita formula vtentes: Ob ich mich wohl von 2. 3. 4. und mehr Jahren ꝛc. Haec particula enim Von etiam comprehendit vnum annum. Quam ob rem, poſſeſſorio ſummariiſſimo ſe implicans, omne periculum ſubit. Apparet ex his expoſitis, non requiri in poſſeſſorio ordinario, vt quis plura percurrat annorum ſpatia, quibus retro hanc poſſeſſionem egit. Sed hac ex parte plerumque in foro diſceſſionem fieri cernimus. Solent, vt plurimum fit, ita proponere: Ob ich mich wohl nebſt meinen Vorfahren von 2. 3. 4. 5. 10. 20. 30. 40. 50. und mehr Jahren ꝛc. Redditurís rationes nulla ad purgandum ab errore erit occaſio; niſi: *narrauere patres, et nos narramus et ipſi.* Vel confugient ad pontem *L. 20. D. de legibus: Non omnium, quae a maioribus tradita ſunt, ratio reddi poteſt.* Certe quid vnquam redundet vtilitatis coniectura non aſſequor. Colore forſan ornari poſſeſſionem credunt. Erunt et alii, qui hoc conſilium, ne reus antiquiorem vrgeat poſſeſſionem, commendabunt. Leue eſt pigmentum. Inanis commendatio. Sed dum nihil prodeſt

lon-

longius enarrata poſſeſſio, non nocet tamen. Quamuis enim ad quadraginta annos porrigatur poſſeſſio, licet etiam plures teſtes de his omnibus annis teſtimonium ferant, iudicem tamen, ad poſſeſſorium alligatum, in petitorio pronunciare poſſe, non conſentio. Circumfertur quiqem non paucorum ſententia, qua, poſſeſſorio etiam inſtituto, iudicem in petitorio, euidenter eo ex actis patente, iudicare poſſe contendunt. His vero nuncium mittere, et legum et proceſſus ratio iubet. Ac primo quidem ſententia libello conformata requiritur. Igitur contra faceret, ſi in poſſeſſorio de petitorio pronunciaretur. Cui non obeſt, quod nobili officio iudex etiam actori plus impertiri poſſit, quam petitum eſt. Hoc enim de acceſſoriis tan tum intelligendum eſſe conſtat. Deinde et nunquam in poſſeſſorio petitorii iura adeo deducta inuenies, vt euidentia iudicem eo ferre queat. Summario plerumque extra Saxoniam hoc poſſeſſorium agitatur iudicio, in quo cum interrogatoriis locus non relinquatur, probatio per teſtes, quod ad petitorium ſpectat, plenam fidem non meretur. Et quid, ſi etiam ex documentis petitorii iura deriuentur. Nonne variae exceptiones, vel replicae, conuellere poterunt cauſam? Quibus beneficiis orbaretur, vel reus, vel actor, ſi, ex improuiſo, diſcedens iudex a poſſeſſorii cognitione, de petitorio iudicaret. Neque magis perſpicua petitorii cauſa redderetur, ſi in poſſeſſorio alter confiteatur, quae de petitorio immixta ſunt. Affirmans quippe de

exceptionibus adhuc tuitionem ſperare iuſte poteſt, quas licet non oppoſuerit, nec probauerit, reſeruaturus petitorio, iniquum tamen foret hoc modo ipſius labefactare iura. Sed nondum deſperabunt contra ſentientes de victoria. Conſtringent iudicis arbitrium, vt non vno impetu, vel ad condemnandum, vel abſoluendum ſe conferat, ſed in probationem et reprobationem ſententiam ferat. Imbecillis eſt defenſio. Spes obſcura. Omnes enim huic opinioni ſubſcribentes euidentiam petitorii efflagitant. Quae vero probatione adhuc indigent, perſpicua haud habentur, quod palam eſt. Dimitterem itaque hoc argumentum, niſi in Saxoniae legibus vberior ipſis fons aperiretur. *Deciſio Electoralis XIII.* ita diſponit. Würde aber Kläger bey angeſtellten redtlichen Verfahren zugleich auch die Iura in petitorio mit anführen, und Beklagter darauf ſich einlaſſen, und in meritis hauptſächlich antworten, dergeſtalt, daß aus denen Acten und ihren beyderſeits Einbringen die Gerechtſamkeit in petitorio gnüglich erhellen thäte; So iſt dem Richter diesfalls in petitorio zu erkennen, ohngeachtet das libell eigentlich darauf nicht gerichtet, ſondern das poſſeſſorium angeſtellet, allerdings zugelaſſen. Eximia veritatis ſpecies affertur, fateor. Admodum tamen ſuſpenſa eſt victoriae expectatio. Studioſius peruestigato verborum pondere tantis limitibus circumſcriptam reperio hanc ſanctionem, vt plane aliena mens a voluntate ipſorum videatur. Supra fuſius dedi, quanto incommo-

do partes afficiantur, ſi, dum de poſſeſſorio cogitant, in petitorium ſeducantur. Igitur niſi nimis mihi in interpretando aſſentior, tota *deciſio* eo tendit, vt, ſi ex actis appareat, partes, potiſſimum petitorii iura pertractantes, propoſitis probatisque iuribus, a poſſeſſorio feciſſe diſceſſionem, tunc iudicem, quaſi ipſarum commutatae voluntati morem geſturum, in petitorio pronunciare poſſe. Huic caſui ſi accommodetur diſpoſitio, ſuperius adducta ſententia nihil incrementi capiet. Plura de poſſeſſorio ordinario exponere animus non eſt. Vnicum tantum ſilentio praeterire non poſſum. Praeſtat quidem hoc remedium petitorio anteferre, vbi ſummario proceſſu peragitur. In iis vero locis, vbi ordinarius procedendi modus applicatur, de quo in Saxonia non ambigitur, exigua eſt fructus expectatio, et petitorium eligi ſatius duco. De qua re eleganter diſputauit AEGID. HENR. SCHMIDT, *in diſſ. de raro ac exiguo vſu proceſſus poſſeſſorii ordinarii per ſententiam in ſummariiſſimo latam reſeruati.*

§. V.

Propius ad rem accedo, in poſſeſſorio ſummariiſſimo qualitatem poſſeſſionis indagaturus. Si in quaeſtione tantummodo verſatur: *an quis poſſideat?* tunc ad poſſeſſorium ſummariiſſimum pertinet. Inque eo diſquirendum, quis in praeſenti poſſeſſione vtatur. Eſt autem huius proceſſus haec definitio, quod ſit proceſſus poſſeſſorius, quo ſuper praeſentis poſſeſſionis turbatione ſine ſolennitate celerrime proceditur. Iam

T 2 qui-

quidem ſatis apparet, in Saxonia eliminatam eſſe proceſſus ſummarii obſeruationem per ORDINATIONEM RECOGNITAM *Append. ſſ. 1.* Remanſerunt tamen eius veſtigia in poſſeſſorio ſummariiſſimo. Potiſſimum fines regit in *Append. ſſ. 19. ſeq.* Ex quo in eo quidem conſentire proceſſui ſummario intelligimus, quod remotis ſolennibus, ſiue formalibus proceſſus, ſubſtantiam tantum concernentia requirantur. De quo argumento ſtrictim egit IOANN. BRVNNEMANN *in diſp. de proceſſu ſummario.* Multa tamen et ſunt, quae longe ab eo in reliquis capitibns recedunt. Limatiorem reperies proceſſum et quaeque ad breuitatem compoſita. Princeps tamen caput proceſſus poſſeſſorii ſummariiſſimi in *poſſeſſione* et *facto turbatiuo* verſatur. Huius relicta contemplatione, illius tantum pertractationem curae habeo. Et de *qualitate* quidem *poſſeſſionis* dicendum eſt. Videbor non paucis de vitio ſuſpectus, quod in poſſeſſorio ſummariiſſimo de qualitate poſſeſſionis mediter. Vindicabunt hanc curam ordinario proceſſui. Ego vero communem vtrique iudicio meliori iure impertior. Quae de modo poſſidendi ventilantur in poſſeſſorio ordinario, ipſi propria conſideratione, diuerſiſſima ſunt a qualitate poſſeſſionis. Ea non ſpectata, pateſcere non poteſt an quis poſſideat, nec ne. Quid, quod etiam vitiorum clandeſtinitatis, violentiae, et precarii ſcrutationes in poſſeſſorio ſummariiſſimo non plane praetereundas cenſeam. Vtor non tantum auctoritate

Ce-

Celeberr. HOMMELII Anleitung Gerichts-Acta geſchickt zu extrahiren, zu referiren, und eine Sentenz darüber abzufaſſen, §. 137. qui, laudatis aliis ſententiae ſociis, poſſeſſorem, vitio poſſeſſionis euidenter patente ex actis, nec in hoc proceſſus genere tuendum eſſe conſtituit. Sed et ratio ad defendendum opportuna proſtat: quod dolus apertus nihil patrocinii mereatur, nomenque poſſeſſionis mentiatur, qui vſurpat tantum. Vnum tantum exemplum in medium proferam. Conceſſit Caius Sempronio precario vt pecus paſcatur in ipſius fundo, ſibique proſpecturus reuerſales litteras dari curat in publicum redactas inſtrumentum, ex quibus precarium patet. Sempronio per duos annos hoc iure vtente tandem Caius ipſum a paſtu arcet. Litem excitat Sempronius, et, poſſeſſorio ſummariiſſimo inſtituto, actus et annuam poſſeſſionem commonſtrat. Reus has reuerſales producit litteras. Quis quaeſo dubitabit, reum eſſe abſoluendum? Idem prorſus ORDINAT. RECOGN. *Append.* *ſſ. 19.* dictitat. Requiruntur ibi ruhige actus. Huius generis vero illi tantum habendi, qui altero patiente, qui contradicere debuiſſet et potuiſſet, exercentur. Plane aliena deprehendes his vitiis in actis patefactis. Altero violenta manu aucupante poſſeſſionem, reſiſtere non potuit. Cumque ex *L. 3. et 4. D. de reg. Iur.* expeditum ſit: *Nolle videri illum, qui non poteſt velle*, conſequens ſine dubio profluit: patientiam non praeſumi illius, qui coacte patitur. Precario pariter con-

 ceſſo

ceſſo pati non intelligitur, vt accipiens ex ſuo, ſed concedentis arbitrio vtatur. Neque aliter, ſi clandeſtine agatur, ſentire par eſt, quo magis conuenit naturae rei et legibus: ignorantis in iis, quae detrimentum afferunt, conſenſum non eſſe. Haec ſi acta euidenter demonſtrent obtinere iure arbitror. In ancipiti vero cauſa verſante in omnia alia abeo. Quae itaque expoſui ſatis comprobant, nihil tantopere curandum eſſe actori in poſſeſſorio ſummariiſſimo, quam vt ea qualitas inſit, quae ad capeſſendam poſſeſſionem requiritur.

§. VI.

Conſulturus igitur actoris vtilitatibus inſtruam regulas, quibus meditationes de poſſeſſorio ſummariiſſimo inſtituendae, ſi non omni, maxima tamen ex parte, informari poterunt. Ante vero omnia circumſpicias

I. AN POSSESSIO NATVRA AVT IVRE ESSE QVEAT, QVAM DEFENDERE CVPIS.

Deſeruiunt huic cognitioni ſequentes regulae: a) *contra legem prohibentem poſſeſſoria iudicia locum non habent.* Non neceſſe duco conſentientium applauſu fidem facere rei, quam Iuris principia confirmant. Quem enim leges fauorem poſſeſſoribus conciliant, ex hoc fonte dimanat: quod de poſſeſſore iuſtitia praeſumatur. *L. 128. D. de reg. Iur. c. 65. eod. in VIto.* Hanc vero praeſumtionem in illicitis non poſſe obtinere facile liquet. Curia Prouincialis Lipſienſis

enſis nuper hac in re imperitum egregie informauit. Dominus quidam iurisdictionis, iure prohibendi ſtipatus, ne cereuiſia aliunde afferatur in cauponam, deprehendit cauponam alio ex loco aduehentem. Iuſtitia ſui iuris prohibendi inflammatus manus iniicit homini lento gradu carrum ducenti, carrum aeque atque vaſa cereuiſia repleta contundere ſuos, ad voluntatem paratos, iubet. Studioſe illi mandatum exequuntur. Hoc facto caupo Curiam adit, conquerens de vi ipſi illata. Terminus conſtituitur. Probatoque facto, poſſeſſione altero vrgente, inhibitione poenali, vt par erat, felici progreſſu edocuerunt, facti illiciti poſſeſſionem non dari. Eodem nomine vix credo quemquam in poſſeſſione defendendum eſſe: **nach Gefallen an den Ufer eines Fluſſes einzubauen, auch Strohm-Körbe, Bäume, Pfähle, Bündel, Strich-Zäune, und Räder einzuſetzen, und zu ſenken.** Tam enim vaga haec eſt poſſeſſio, vt quo velit modo fluminis curſum impedire liceret. Quod, qua ratione fieri queat, non liquet. Comprimit in aedificando libidinem L. *vn. D. ne quid in flum. publico* his verbis: *in flumine publico inue ripa eius facere, aut in flumen ripamque eius immittere, quo aliter aqua fluat, quam priori aeſtate fluxit, veto*, et in *ſ. 6. quod neque ripae cum incommodo accolentium muniendae ſint*, diſponitur ſaluberrimo conſilio, vt et liberior fluminis vſus illibatus ſeruetur, et, diffluente aqua, inundationis impetus ab aduerſa parte iacentibus agris

periculum haud afferat. Idem Saxonicae Sanctiones cohibent. Legitur enim in der Mühlen-Ordnung *de anno* 1653. den 29. *Apr.* §. Ernſtlichen, diſpoſitum: daß der Strohm von einem Orte bis zum andern offen, und rein gehalten, auch keine Weiden noch Püſche zu pflanzen jemand geſtattet werden ſolle. Quae lex, licet certum flumen molendinorumque vtilitatem reſpicere videatur, re tamen ipſa perſpecta, priores a me poſitas rationes ad mentem legem ferentis componere, aliaque ad flumina porrigere, nihil obſtabit. Agitat adhuc mentem alia de poſſeſſione meditatio. Vrget quis poſſeſſionem alluuione adiecta fundo muniendi. Quid iuris erit? Mihi poſſeſſione exuendus videtur. Quanto enim grauius periculum minitatur, tanto aequius duco, inhibendo poſſeſſionem, medelam afferre. Neque b) *in iis, quae a ſpeciali principis conceſſione pendent, poſſeſſio dabitur contra principem.* Idque tam in Saxonia, quam extra Saxoniam, dubio vacat. Quocirca regalium atque immunitatis a publicis oneribus poſſeſſiones nauci habendae ſunt. Primo enim non dubito aſſerere, ea, quae ad principem pertinent, iura ex priuatorum iuribus dimetiri haud poſſe. Quam ob rem eſt vt BEYERVS *in Delineatione Iuris Germ. Lib. II. Cap. 2. ſſ. 38. ſeqq.* in iis nulli praeſcriptioni, nec immemoriali locum faciat. Deinde, ſi quoque largiamur, ex futilibus tamen Iuris Canonici principiis, immemoriali tempore regalium exercitium comparari poſſe, tantum tamen

men abeſt, vt poſſidendi facultas tribuatur, vt potius hoc ipſo penitus exſtirpetur. Videtur e longinquo et a petitorii quidem iure, admodum diuerſo, repeti argumentum. Sed cum a minori ad maiorem rationem concludere fas ſit, nihil deſiſto a propoſito. Dum ergo nulla ex genere priuatarum praeſcriptionum admittitur ad obtinenda regalia, multo minus momentanea quaedam praeſcriptio ſufficiet. Quae cum ita ſint, coniectura non aſſequor, quo conſilio SCHILTERVS *ad Dig. Exerc. 4. ſſ. 18.* eum, qui cum iurisdictione eſt inueſtitus ſuperiori, ius venandi quoque exercere poſſe ſtatuat. Eoque ex errore eſt, quod quandoque hac ratione ad poſſeſſionem venandi tuendam vtantur, aliquando etiam ſcopum attingant. Repetit BEYERVS *in Delin. Iur. Germ. L. II. c. 2. ſſ. 68.* huius erroris ortum ex Sec. XVI. monſtroſumque partum demonſtrat, prouerbium ſcilicet: **Wohin der Dieb mit dem Strange, dahin gehöret auch der Hirſch mit dem Fange.** Nugas cenſeo. Tantoque magis ſi in poſſeſſionibus verſamur. Regalium enim conceſſionem ſtrictae eſſe interpretationis quis neſcit? Poſſesſio quoque eſt facti, neque vnum factum alterum diſparis generis complecti poteſt. Sique priora poſita principia his adiicies, ne vmbra quidem veritatis remanebit. Aliud certe dicendum eſſet, ſi princeps priuato iam impertitus fuerit regalis cuiusdam vſum, contraque eum alius priuatus poſſeſſionem occupet. Hoc in caſu poſſeſſorium obtinere non diſſentio. Extra

tra enim Saxoniam tunc ordinariae praeſcriptioni effectus non denegatur. *arg. c. 26. X. de V. S.* BEYER *all. loc.* §. 48. Cumque eo in exemplo priuatorum iuribus exaequetur, non obſtat quo minus in poſſeſſorio idem ſentiamus. Contra vero faciunt LEGES SAXONICAE. Omne dubium eximit der Ausſchußtags Abſchied, *d. 15. Febr. 1676.* IN COD. AVG. *T. I. p. 359.* Ex quo c) haec regula depromitur: *In omnibus illis, quae ſunt contra Ordinationem Prouincialem, poſſeſſoria attendenda non ſunt.* Plura eaque collegiorum ſententiis corroborata ſiſtit Celeberr. ANDR. FLOR. RIVINVS in *diſp. de Eurematicis in materia poſſeſſionis et compoſſeſſionis.* §. 5.

§. VII.

His compoſitis ſubiecta in conſiderationem veniunt. Quam ob rem

II. QVIS POSSIDEAT CIRCVMSPICERE RES IVBET.

Adiuuabunt meditationem quae ſupra in genere de apprehendenda poſſeſſione expoſui. Vlteriorem tamen curam poſcit. Viciſſitudines enim poſſeſſionum vna regula omnia complecti non patiuntur. Quo eſt ſtudioſius de circumſtantibus cauſis cogitandum. Sique per procuratorem comparaueris poſſeſſionem, in libello quidem ſatis eſt exprimi, te poſſidere, in articulis vero mandati iniicias mentionem. In incorporalibus maxime rebus obſerues, an perſonale, an vero reale ius poſſidere cupias. Quodque perſonalia attinet, actorem tantum nominari

ſufficiet.

ſufficiet. In realibus vero 1) *praedium*, vt vocatur *dominans*, curate definiri debet, vt, docente *L. 6. D. de rei vind. nomen eius, et quo loci ſit, pateat.* 2) *implorantem poſſeſſorem eius praedii* eſſe pariter adiiciendum venit. Eaque commode hac formula exprimes: **Ob ich mich wohl als Beſitzer der zu N. gelegenen Mühle ꝛc.** Reliqua facillimo negotio ex natura eius, quam quaeſiuiſti, poſſeſſionis pateſcent. Hoc tamen praetereundum non eſt, et colono quandoque ad poſſeſſorium aditum dari. Eo quidem non procedo, vt ipſius conducti praedii poſſeſſionem ei tribuam. Nec, niſi locatoris nomine de hac poſſeſſione agentem, audiri dubio vacat. Dum autem fructus percipiendi ius in ipſum transfertur, eo in exercitium deducto, nihil impedit turbatum in poſſeſſione defendere. Nam animo ſibi habendi fructus percipit. Quam ergo ob rationem poſſeſſionem iuris percipiendi fructus ipſi denegaremus? Et quid ſi colonus, quo commodius ex diſſito loco gramina colligat, patiente locatore per hortum ipſius itinere, aut via vſus ſit, variisque actibus ſuffultus, turbante locatore, poſſeſſorium inſtituat? Non indignus poſſeſſione iudicabitur durante conductionis tempore. Colono autem agente ita libellus inſtruendus eſt: **Ob ich mich wohl als Pachter** Sempronii **zu N. N. gelegenen Guths ꝛc.**

§. VIII.

## §. VIII.

Deinde et

III. CONTRA QVEM POSSESSIONEM ACQVISIVERIS, MVLTVM REFERT HABERE PERSPECTVM, ET CONTRA QVEM EXPERIVNDVM SIT ACTIONE, NON MINVS PONDERARI DEBET.

Quanquam enim, ab interdictis retinendae poſſeſſionis inprimis ducta ratione, ſatis liquet, contra quemque turbantium actiones dari. Non tamen mediocres quandoque circumdant animum dubitationes. Ad heredes quidem ex poſſeſſione defuncti transire agendi ius, dubio caret. Sed *contra heredes turbantis* num competat actio non nihil ambigunt. Silent leges. Verum aliis iurium principiis accommodatis cauſae conſulitur. Turbationes ex genere illicitorum eſſe nullus negabit. Quid ergo impedit, quo minus ex his fontibus deriuemus deciſionem. Primum itaque eſto principium: *Delictum ab autoribus tantum vindicatur, heredibus nihil ex defuncti malitia poenae ſentientibus*. A qua regula haec eſt exceptio: *niſi lucrum ex delicto ad heredes redundauerit*, appoſita ex ratione: quod turpia lucra heredibus extorquenda ſint. Intelligimus exinde, applicatis noſtro argumento regulis, quosdam effectus etiam ab heredibus iure impetrari. Erunt itaque heredes ſine dubio obſtricti, vt ob defuncti turbationem literas, quas vocant, reuerſales

ſales tradant, quibus, poſſeſſionem actoris affirmantes, ſe defuncti actum exercitum pro poſſeſſione tuenda non propoſituros eſſe ſignificant. Ex quo fit, vt emolumento ex huius generis actu iure priuentur. Sed quod de damnis reſarciendis iudicium erit? Diſtinctum omnino. Si turbans quid acquiſiuerir v. c. fructus, ligna, illudque, quo caruit actor, petatur, aequitas et leges conſtringunt heredes ad reparandum. In aliis vero nihil tenebuntur, cum nihil emolumenti ad heredes peruenerit. Et quamuis actor rem perſequi videatur, rei tamen ex parte poenae loco haberetur. Quae autem ad cautionis praeſtationem pertinent, neceſſitas quoque redintegrandi rem turbatione corruptam, heredibus non iniungi poſſunt. De cetero autem, quod poſſeſſio contra defunctum comparata contra heredes continuetur, ipſique turbantes poſſeſſorio iudicio conueniri, omnique ex parte condemnari queant, omnium eſt certiſſimum. Quae vero expoſui, ad ſucceſſorem ſingularem paulo limitatius ſpectabunt. Ex facto enim turbationis anteceſſoris non obligabitur. Poſſeſſio vero, ante iure adquiſita, et contra turbandi impetus noui ſucceſſoris defenditur. Ita eſt in illis, quos ab anteceſſore cauſam habere conſtat. Iam in omnia alia abeundum, vbi, vacante officio publico, alius in eius ſufficitur locum. Cum anteceſſore, qui turbauit, lis eſt agitanda. Hunc ſocium non habet. Aucupata verum contra anteceſſorem poſſeſſio an contra ſuccedentem iure continuabitur? Mihi

et

et hac ex parte liberare eum aequius videtur. Dum enim conſidero, eum proprio iure ad munus adſpirare, nec quicquam in eius detrimentum tendet remiſſior anteceſſoris cura in exercendis iuribus. Quo circa delibatis, patiente clerico, decimis, occupataque poſſeſſione, decedente eo, ſucceſſori nihil penitus obſtabit.

§. IX.

Planius forſan haec conſtant. Sed anguſtior adhuc res eſt, vbi de poſſeſſione *contra vniuerſitatem* comparanda agitur. Dabo itaque operam, vt, quam fieri poteſt, etiam hoc in caſu actoris inſtruam officium. Viam alios inter ſtrauit BERGERVS *in Elect. Proc. poſſeſſ. ſſ. 20.* Sunt tamen, quae adhuc mentem in ancipiti tenent. Ac de realibus iuribus quidem capeſſendis hoc loco nihil dicam. Parum enim diſtat a reliqua conſideratione. Perſonalia vero iura, quae contra vniuerſitatem poſſidenda ſunt, plus dubitationis habent. Inquiſiturus itaque in hanc rem exemplo a BERGERO iam poſito vtar: Si dominus iurisdictionis ius exigendi laudemium in caſum mortis in manu dominante poſſeſſum dicat. Atque hoc diſcuſſo argumento haud difficilis ad reliquos caſus patebit applicatio. Duo potiſſimum ſunt fundamenta rei deſeruientia. *Perſonalia haec iura ex eo genere ſunt, quae ad ſingulos ex vniuerſitate, qua ſingulos, ſpectant. Inque iis negotiis ſingulorum requiritur conſenſus, vnoque contradicente nihil agitur.* Conſentit practicorum obſeruatio a BERGERO *Reſol. LL. Obſtant. tit.*

de

*de acq. et amitt. poſſeſſ. ad verbum: iuris eſt*, laudata, argumentisque corroborata: quod poſſeſſio iuris contra ſingulos ex vniuerſitate acquiſita non aduerſus integram vniuerſitatem obtenta intelligatur. Quo ad traditum ſupra de laudemio caſum applicato, illud conſequitur: Si, diem obeunte domino iurisdictionis, ſucceſſor quibusdam tantum ex vniuerſitate membris laudemii ſolutionem indixerit, iique morem geſſerint, tota vniuerſitas his poſſeſſionum vinculis illaqueata haud cenſebitur. Et qui erunt itaque modi contra vniuerſitatem poſſeſſionem occupandi? Alter hic eſto, non difficilis intellectu: Si ſinguli nouo ſucceſſori laudemium praeſtiterint, nihil contra mouentes. Probationem tamen acturus eo dirigat, vt partim ex quot membris eo tempore conflata fuerit vniuerſitas, partim quod ſinguli eorum laudemium dederint, demonſtretur. Alterum exemplum obtentae contra vniuerſitatem poſſeſſionis laudatus ſiſtit BERGERVS. Scilicet ſi, domino iurisdictionis toti vniuerſitati indicente laudemium, quidam iuſſui obtemperauerint reliquis tacentibus. Atque hoc modo contra omnes poſſeſſionem conciliari ſibi perſuadet, Collegii ICtorum auctoritate ſtipatus. Equidem facilius largior vſui fori hoc accommodatius deprehendi. Verum quaedam iuris principia labefactare conſtantiam mihi videntur. Omne nempe fundamentum in tacito conſenſu reliquorum ponitur. De quo ipſo multum dubito. Latius patet poſſeſſionum limites conſtringi debere. Extendi non par eſt. Ac a diuerſis

uerſis quoque diuerſa conſequi interpretandi regulis non conſentit. Quae cum ita ſint, nullo ſane negotio indicendi exigendique poſſeſſiones, quae differunt maxime, ſibi exaequabuntur. Nec a priori ad poſteriorem duci poteſt argumentum. Quocirca tantum abeſt, vt tacitus colligi queat conſenſus, vt potius contra putaſſe credendum ſit. Cui non officit, quod a tacito mandato repetant auxilium. Diſpar eius ratio coniecturam fallit. Qui enim alterum gerere negotium compertum habet, intelligit abſolutum iri, niſi contradicendo obuiam eat. Qua de cauſa neceſſitas exigit interpellare gerentem. Eoque nomine aequitate conſtat principium: *qui patitur id fieri, de quo contradicere potuiſſet, et debuiſſet, pro conſentiente habetur.* In aliis vero cauſis aliter ſentiendum. Atque aptius dicitur: taciturnitatem neque conſenſum neque diſſenſum prodere, niſi legis diſpoſitio aliam excitet meditationem. In appoſito vero caſu longe aliena apparent. Denunciante enim domino laudemium, nihil vero ſoluentibus ſubditis, nequaquam patet conſenſus. Sciunt, non deberi quod petit. Interpellatio quoque ſola arbitrium non reprimit. Manet illibatum. Igitur hac ipſa intermiſſione animum potius a voluntate domini iurisdictionis alienum commonſtrant. Illaque aequior erit capienda praeſumtio. Renunciationi vero tacitae locum facientes iniquitatis vitium contrahunt. Multo ergo minus quorundam facta laudemii praeſtatio ſententiae fauorem conciliat. Tamque haec eſt negligenda ratio, quam

quam certum eſt, ex alterius facto tertium damno non affici. Ita vt, cum ſingulorum hic cauſa agitetur, ne maior quidem conſentiens pars ceteris iuris ſui iacturam afferat. Haec principia dilucidiora apparent, quam, vt contra poſitis argumentis eneruari queant. Interim fori vſus ſuadet vt in BERGERI diſcedamus ſententiam. Quamobrem de cautionibus tantum in articulis adhibendis dicam, quae eo pertinent, vt, 1) quot membra hoc tempore vniuerſitatis fuerint, 2) ſingulorum rite facta conuocatio, 3) omnium praeſentia, 4) facta laudemii indictio, 5) quorundam eius praeſtatio, inde firmiter ſit demonſtrata. Vno vero ex his requiſitis non apparente, vix eſt vt contra vniuerſitatem poſſeſſio obtineat. Cum autem contradictio facti ſit, non opinor et hoc probationis dandum eſſe, quod nemo contra verba fecerit. Meditetur ipſa vniuerſitas de hac probatione. Quo facto certo mihi habeo perſuaſum, etiam vnius diſſenſum declaratum poſſeſſionem labefactare. Praeter vero ea rem quoque circumſtantia in conſideratione habeantur. Erunt enim quandoque quae taciti conſenſus firmiorem efficient praeſumtionem. Fac enim, indicto laudemio, quibusdam praeſtantibus, reliquos, mora contracta admonitos, dilationem petiiſſe. Pone, cunctantibus aliis poenam dictitatam eſſe, eosque pependiſſe. Sane ſi hae demonſtrationes cauſam comitentur, facilior patebit aditus ad eliciendam tacitam voluntatem.

 §. X.

§. X.

Quod ſi ergo in his praeparata ſit actoris cauſa, nunc

IV. Operam nauabit, VT OBIECTVM CVRATE DEFINIATVR.

Erit vero plenius cura peracta, ſi ex probatione liqueat: QVAE, QVALIS QVANTAQVE SIT POSSESSIO quam tueri parat. Aeque in libello atque articulis conficiendis grauis haec eſt acturi meditatio. Breue tempus, ſi legibus conformabitur tractatio, proceſſui poſſeſſorii ſummariiſſimi datur. Tantoque maius in deliberationem praeparationemque collocandum eſt. Et qui perpendit, vna cauſam terminari ſententia, remediis aditum occludi, non ridebit cogitandi conſilium. Leuis armaturae cauſarum patroni, alto ſupercilio, vt ſolet ſuperbia imprudentibus propria eſſe, contemnent. Sed eheu vos miſeros clientes! Caueamus praeprimis, *ne alia ſit libello, alia articulis iniecta poſſeſſio.* Nihil enim probabitur, niſi quod amplioris poſſeſſionis demonſtratio ſtrictiori quandoque poſſeſſioni ſufficiat. Secus qui fecerit, temeritatis praemium expectabit. In hac igitur mentis agitatione primo cogites: *an generalis, an vero ſpecialis poſſeſſio in lite verſari debeat.* Cumque haud raro largior de teſtium teſtimonio concepta ſpes labatur, non inane erit conſilium, vt, antea quam libellus tradatur, rotulos teſtium conficiendos curemus. Inſtructa hac via feliciori ſucceſſu dimicabitur. Non ignoro quidem, aliquando poſſeſſionis cauſam citius auxilium petere.

tere. Ita tempore vtendum eſt. Sed ne in feſtinatione nimias quis ſuſcipiat celeritates prouidebit. Itaque illud ſibi curae habeat actor, vt de poſſeſſione, qua fruitur, ex libello conſtet, atque de ineptitudine ſuſpectus non fiat. Actus, quibus poſſeſſio innititur, vt in libello adiiciantur non eſt. Cum tamen ſupra fuſius edocuerim poſſeſſionem facti eſſe, atque adeo actu quodam corporis acquiri. Hinc in probanda poſſeſſione occupatus de actibus demonſtrandis allaborare debet.

§. XI.

Ex his colligitur

V. ACTVVM PROBATIONEM REQVIRI IN DEMONSTRANDA POSSESSIONE, ET INDOLI QVIDEM POSSESSORII SVMMARIISSIMI CONFORMATORVM.

Hinc

VI. NOVISSIMVS TANTVM ACTVS CONSIDERATVR.

In ſuperiori explanatione hac ex parte ſummariiſſimi et ordinarii poſſeſſorii diſcrimen commemoraui. Atque in libello hoc tantum exprimitur. Daß ſich impetrant von 1. 2. 3. und mehr Jahren in poſſeſs ꝛc. befinde. Ea vero, quae de vno anno afferuntur, non eo pertinent, vt nouiſſimum actum in hoc, quo traditur libellus, anno exercuerit. Quod, niſi errantibus, nemini in mentem veniet. Sit enim quod vltimus actus poſſeſſionis ante ſex annos iam extiterit, nouiſſimus tamen habebitur et poſſeſſo-

rium ſummariiſſimum, eadem libello inſtructo ratione, iure locum habebit. Vt planior res reddatur, vnum producam exemplum. Criminis reus inquiſitionem meruit, eoque conuicto capitis irrogatur poena. Dominus iurisdictionis ab vniuerſitate efflagitat expenſarum criminalium reſtitutionem. Partitione facta praeſtant ſubditi, nihil obmurmurantes. Sex tandem elapſis annis alius de crimine ſuſpectus in ius ducitur, atque capitaliter in ipſum ſtatuitur. Dominus iurisdictionis rurſus indicit ſumtuum reparationem. Sed reſiſtunt ſubditi voluntati, vacationem ab hoc onere iactitantes. Numne domino poſſeſſorium iudicium inſtituendi dabitur poteſtas? Nihil impedit. Neque tamen alia erit libelli forma. Alia eſt articulorum ratio, dum, centum etiam teſtibus de hac generali poſſeſſione teſtantibus, nihili habenda eſſet demonſtratio. Potius eius generis actum, qui ſpeciatim anno definitus eſt, continere debet. Quo nomine miror inſigniter, quod plurimum teſtes de generali hoc articulo: Wahr, daß impetrant ſich von 1. 2. 3. und mehr Jahren in poſſeſs ꝛc. befindet, interrogentur. In iudicem quidem, directorio inſtructum, nihil eſt animaduertendum. Nolo in praeſenti ſcrupuloſe indagare, qua arte, ita dirigentes iudicis officium, ſe ab errore purgare cupiant. Vix ad inuentionem aditus patet. Rei indoles ſatis confirmat, teſtium de actibus tantum, quibus apprehenditur poſſeſſio, teſtimonium requiri. Ergo, his actibus antepoſitis, articulus ille conſequitur, ſeu

vt

vt practici dicunt, eſt conſecutiuus. Quo itaque fine teſtes aduocentur, non coniicio. Abundans non tantum eſt, ſed ſaepius etiam damnum afferre poteſt.

§. XII.

Sit itaque haec prima de actibus meditatio, quam altera excipit. Dixi in ſuperioribus poſſeſſionem animo et corpore apprehendi. Atque animum ex ipſo facto, ſiue actu, poſſeſſionis exercitium monſtrante, coniici pariter confirmatum dedi. Fluit nunc inde

VII. ACTVM, ARTICVLIS INSERTVM, HVIVS INDOLIS ESSE DEBERE, VT INTELLIGATVR, QVID, QVALE, QVANTVMQVE ANIMO QVIS POSSIDEAT.

Vnusquisque enim tantum creditur poſſidere, quantum naturali vel ciuili modo occupauit. Magnam haec meditatio habet grauitatem, qnae maxime litigantium agitat mentem. Leuabo, aliqua minimum ex parte, eorum curam. Viciſſitudines vero poſſeſſionum tantas obmouent difficultates, vt omnes vna circumſcribi regula nequeant. Quamobrem frequentiora tantum poſſeſſionum genera, quatenus cogitando rem aſſequi datur, inſtruam. Poſſeſſionum aliae ſunt indeterminatae, aliae determinatae. Indeterminatis vel generalibus haec ineſt natura, vt omne exercitium, quod de poſſeſſione redundare poteſt, quouis modo ſibi vindicet actor. Ex quarum numero habebitur, ſi quis poſſeſſionem vrgeat: Die libellirte Wieſe nach Gefallen zu nu-

 tzen,

tzen, und zu gebrauchen. Intellexi in hac probanda poſſeſſione partes hoc ordine in conficiendis articulis vti. Antepoſito articulo generalem poſſeſſionem continente: Wahr und befindet ſich Kläger von 1. 2. 3. und mehr Jahren in geruhigem Poſſeſs die libellirte Wieſe nach Gefallen zu nutzen und zu gebrauchen. Eum excipiunt articuli ſpeciales actus exercitos comprobantes: Immaaſſen wahr, daß Kläger im Jahre 1741. die libellirte Wieſe hauen, und das gemachte Heu wegführen laſſen.

Nicht weniger wahr, daß Kläger nach dieſen ſein Vieh auf gedachte Wieſe treiben und daſelbſt hüten laſſen. Adiiciunt quoque alios actus. Atque his omnibus articulis teſtium aſſertione ſtipatis victoriam paratam ſibi perſuadent. Vereor, ne ſpe defraudentur. Quae vero me ad faciendam diſceſſionem ducant, paucis tradam. Poſſeſſionem facti eſſe ſupra demonſtraui. Factum ergo apprehenſionis requiritur. Facta haec ſuis cancellis circumdari in aprico eſt. Vti ergo ſpecies genus nunquam ſub ſe comprehendit; ita pariter ex ſpeciebus actuum quorundam generalis poſſeſſio nullo poteſt euinci negotio. Dum maxime, cum poſſeſſionis argumentum obuerſatur, quod laxiorem reſpuit interpretationem. Nec hoc tantum in vitio ponitur. Alia eſt vellicandi occaſio. Teſtes enim, quorum efflagitas depoſitionem, quid quaeſo de arbitrio tuo ferent teſtimonii? Vacillat fides, niſi de ipſo facto teſtentur. Quod cum limites habeat, eos non egreditur probatio. Sed fori vſum

vſum contra facere obiicies. Cognoui ipſe aliquando defendi indefinitas has poſſeſſiones. In legum principiis veſtigium non reperiri certo affirmo. Sed aequitas tamen in quibusdam caſibus autoritatem praeſtat. Igitur ſi in re propria, modo illud ex actis euidenter pateat, de generali illa poſſeſſione retinenda dimicatur, aequitas commendat, vt, etiam certis tantum actuum ſpeciebus demonſtratis, generali poſſesſioni defendendae auxilium feramus. Si quidem rei ſuae moderator, vno vel altero actu ſuſcepto, animum de omni poſſeſſionis fructu capeſſendo declaraſſe aequius videtur, potiſſimum cum alter nihil contrariae poſſeſſionis docuerit. Probaturus autem eo procedet ordine, vt, praepoſito de proprietate articulo, reliqui actus ſpeciales commonſtrentur, et tandem articulus de generali poſſeſſione, tanquam praeſumtiuus, ſubiungatur. Teſtium enim teſtimonium, quod hunc articulum attinet, nihil plane cauſam adiuuabit. Si vero aliena in re poſſeſſorio iudicio quis experiatur, generali poſſeſſione in lite verſante, neque leges patiuntur, neque aequitas ſuadet, actoris vtilitatibus conformare ſententiam. Iuſtum potius et aequum eſt repulſam, temeritatis praemium, dare. Mecum facit BERGERVS *in Elect. Proc. Poſſ.* §. 28. principium conſtituens: quod generalis indefinita et incerta teſtium depoſitio non ſufficiat. Addit ille quidem: niſi tamen alia acceſſerint adminicula, quibus eiusmodi generalis teſtium depoſitio iuuari queat et declarari. Illa vero limitatio ſine dubio

bio ad primum caſum poſſeſſionis in re propria pertinet, alium non reſpicere ex ante dictis prono alueo defluit.

§. XIII.

De indefinitae itaque poſſeſſionis virtute quid ſentiam dixi. Definitarum vero fortior effectus eſt. Prima hac in parte conſideratio eſt, vt de poſſeſſionis qualitate, et vnde habeat definitionem curate circumſpiciamus, ne alia in libello alia in articulis appareat poſſeſſio. Quam qui neglexerit cautionem, iacturam ſua ſentiet culpa. Vel autem locus, vel tempus, vel modus, vel perſonae, vel aliae rem circumſtantes cauſae meditationem adornabunt. Prolixius haec non pertractaturus, quae, eueniente caſu, facilius diiudicantur, exemplum in medium producam. Poſſeſſionem ſibi in alterius fundo gramina colligendi aſſerens, in articulis huius poſſeſſionis nullam iniecerat mentionem, illud tamen probatum erat, in poſſeſſione paſcendi pecus in loco controuerſo ſe eſſe conſtitutum. Incidit ergo in quaeſtionem, an paſcendi ius alterum complectatur. Succubuit actor. Et iure quidem. Cum enim diuerſa inuicem non comprehendantur, probatione poſſeſſioni in libello expreſſae non conformata nihil demonſtratum cernebatur. Nam paſcendi ius aperto tantum campo, niſi aliud actum, exercetur, cum gramina etiam clauſis iisdem auferre liceat. Cui et hoc accedit, quod paſcendi iure gaudens pati teneatur, vt, quoad paſcua ſufficiunt, etiam dominus ſeruientis praedii ſua pecora paſci poſſit,

qua

qua plane exueretur poteſtate, ſi gramina tollere largiamur.

§. XIV.

Deinde vero et hoc in conſiderationem ducendum, num affirmatiuum, aut negatiuum ius, vt vocatur, poſſideamus. In illis ſatis omnino habetur, ſi actus, quo vſus eſt hoc iure, in articulo poſitus demonſtretur. Qui vero quandoque de quieta poſſeſſione dantur articuli, magis imprudentiae, quam conſilii habent ſignificationem. De qua re infra latius dicam. Negatiuorum iurium diſpar eſt poſſidendi conditio. Duo ſunt indubitata eorum principia. Ac primo quidem, vt prohibitio alteri, molituro negotium, facta ſit. Deinde vt alter deſiſtendo a propoſito acquieuerit. Atque haec in poſſeſſione etiam acquirenda neceſſaria ſunt. Quid autem probationis actori incumbit? Actum prohibitionis articulo includendum, et vel teſtibus, vel documentis corroborandum eſſe dubio vacat. Sed vnde conquieuiſſe alterum probabitur? Niſi nimis mihi aſſentior, vna diſtinctione componi lis poterit. Aut enim ſolum ius prohibendi competit, aut commixtum cogendi ius habet. Prioris generis ita eſt comparatum, vt articulus tantum omiſſionem alterius, poſteaquam cohibuit eum, contineat. Cumque neganti probatio non incumbat, neque hic exigenda venit, ſed tanquam negatiuum ſiſti ſufficit articulum. Ex eo numero erunt, altius non tollendi, ne prata aratris ſubducantur ſeruitus poſſeſſa. In altero vero genere ſola intermiſſio nihil efficit, ſed factum

comprobandum eſt, ex quo, partim coactio in effectum deducta, partim quod alter eius voluntati ſe accommodauerit, apparet. In has itaque circumſcriptiones inquirat, qui verbi cauſa poſſeſſionem molendini bannarii, quod appellant, vrget. Commode hoc modo articuli conficiuntur:

Wahr, daß Beklagter im Jahr ꝛc. 3 Säcke Korn vor Klägers Mühle vorbey in eine andere Mühle fahren wollen.

Wahr aber, und hat ihn Kläger ſo gleich angehalten, und daß ſolches in ſeiner Mühle gemahlen werden müſſe, gefodert.

Wahr auch, daß Beklagter gedachte 3. Säcke Korn ſo gleich in Klägers Mühle gebracht, und daſelbſt mahlen laſſen.

Quibus obſeruatis probatisque, dubitandum haud eſt partam eſſe poſſeſſionem, et ſententia tuendam. Praeter vero ea et caſus quandoque ſe offerent, in quibus, iure affirmatiuo probato, prohibendi ius cohaeret. Et de paſcendi iure quidem non ambigitur, ſi in pratis poſſideatur, prohiberi quoque poſſe, quo minus dominus ſeruientis praedii prata aratro ſubducat. Igitur his in exemplis non opus duco, vt actus prohibitionis exprimantur, cum quilibet, hac poſſeſſione fretus, omnia facta, quibus poſſeſſionis fructus delibantur, cohibere ſuo poſſit iure. De hoc caſu vero nonnihil dubito: an, ſeruitute luminum poſſeſſa, aeque ſeruitus ne luminibus officiatur poſſeſſa credatur? Illud non difficile eſt intellectu, me non de feneſtris in proprium parietem,

ſed

ſed vel alienum vel communem immiſſis diſceptare. Id quod ſeruitutis nomen ſatis explanat. Sed et in hoc caſu nondum BERGERI ſententia *in Oec. Iur. L. II. T. 3. th. 17.* ſtabo. Etſi enim in ſeruitutis iure conſtituto forſan hoc aequius videtur, eoque potiſſimum nomine, quod, qui finem vult, velle etiam media ad finem tendentia praeſumatur. Huius autem ſeruitutis nulla ſuper eſſet futura vtilitas, ſi obſcurare lumina relinqueretur. In poſſeſſione tamen, ſtrictam poſcente interpretationem, ſolum factum apertorum luminum non cohibet alterius contra aedificandi poteſtatem, niſi prohibendi quoque iuris poſſeſſionem ſibi comparauerit.

§. XV.

Poſtremo multum quoque intereſt, vtrum quis ſimul posſideat tantum, an vero in ſolidum posſidere cupiat. In poſterioris generis poſſesſione his capitibus abſoluitur meditatio. Initio, libello inferendum venit actorem ſolum, excluſo altero, posſidere. Deinde probationem acturus in articulis primo ſimplices poſſesſionis exercitae actus exprimat. Quo facto alius actus prohibitionis contra reum, ſimul vti conantem, ſuſceptae articulo includatur. Tandem articulus poſſesſionem libello conformatam continens conſecutionis cauſa ſubiiciendus eſt. Plura de poſſesſionum varietatibus cautionibusque adhibendis dicere propoſitum non permittit. Sufficiat in praeſenti principia patere, quibus de aliis exemplis inita cogitatio informari posſit. Pergens itaque in peruestiganda actuum indole nunc

VIII.

## VIII. ACTVS QVIETVS CONSIDERANDVS EST.

Non e longinquo repetendae ſunt cauſae. Ex actu nempe colligi animum posſidendi, iam commonſtratum iui. Cum vero actum ſuſcepturo obuiam iuerit alter, et vel verbis, vel factis contrariam voluntatem declarauerit, minime hic animus patere poteſt, interruptus potius cenſebitur. Imo turbationem redolet. Quid quod patientia alterius non vltimum aequitatis conſtituat fundamentum, posſidenti defenſionem concilians. Qua deficiente nihil posſidetur. Hinc etiam eſt, quod actus, liti cauſam porrigens, poſſesſioni non profit. Non tamen obliuioni tradenda ſunt, quae BERGERVS in *El. Diſcept. Forenſ.* §. *24. ſq.* et de regula et de exceptione diſſerit, iis, quae a MEVIO diſſentiente obiecta ſunt, ad concordiam reuocatis. Mirifice tamen errant, qui quietum poſſesſionis exercitium teſtium dictis confirmare ſtudent. Inanem non tantum reputo hunc laborem, ſed haud raro quoque haeſitantes, vel corrupte dicentes teſtes labefactabunt probationem. Cum autem non conſultius ducam, quam vt ab inutilibus probationibus animum auocent cauſarum patroni, hinc certe aptius habebitur in articulis nullam eius rei iniicere mentionem. Nam, probatis actibus, quieta poſſesſio iure praeſumitur. Interruptionis vero demonſtratio ad rei officium pertinet, vt praeſumtionis ius euacuetur. Verum enim vero exempla non nego, quibus quietam poſſesſionem teſtium ore confirmari et neceſſitas et vtilitas

tas efflagitat. Ex quorum numero cernitur, ſi actor, cognitum habens quid alter ad conturbandam poſſeſſionis quietem adducturus ſit, replicando elidere poſſit. Sic enim hoc conſilium articulos eliſiuos eo dirigendi multum commendationis habet? En ergo caſum? Titius paſcitur pecus in Caii fundo. Ex domeſticis vero accedentes Titium prohibent, pignorant tandem. Aduolans Caius, certior factus de ſuorum impetu, conuiciis exagitat eos, pignora reddi iubet, excuſare factum ſtudet, animumque ab hoc facto alienum exponens, fidem Titio, adſtantibus aliis, dat de illibato relinquendo paſcendi vſu. Haec ommnia, in articulos congeſta probataque, inſignem actori afferent vtilitatem, lite forſan de poſſeſſione mota.

§. XVI.

Plures vero actus, re extra Saxoniam ponderata, neceſſitatis non ſunt. Quod non tantum momentaneae poſſeſſionis, quae ſummariiſſimo iudicio vindicatur, ſignificatio perhibet, ſed fori quoque vſus, Canonico iure innixus, celebrat. *Cap. 19. X. de iur. patr. C. 3. X. de cauſſ. poſſeſſ. et propriet.* Quo circa

IX. VNVS TANTVMMODO ACTVS AD OBTINENDAM POSSESSIOMEM REQVIRITVR.

Et quamuis non ambigam, etiam plures actus in probationem duci poſſe, mediocriter tamen, vel nihil plane cauſae conſulent. Caueat autem, pluribus actibus poſſeſſionem ſtipaturus, ne diuerſi generis deprehendantur. Quod contra-

ctum

ctum vitium ſaepe maximo litem exponit periculo.

X. SAXONICO IVRE, QVOD POSSESSIONEM RERVM CORPVS HABENTIVM SPECTAT, ITIDEM VNVS SVFFICIT ACTVS, NOVISSIMVS TAMEN, AD NATVRAM POSSESSORII SVMMARIISSSIMI ACCOMMODATVS.

Qua de re plena eſt diſpoſitio ORDINATIONIS RECOGNITAE *Append.* §. *19.* verbis: und derjenige ſo einen oder mehrere ruhige *actus poſſeſſorios &c.* vor ſich hat. De rebus non corporeis vero aliqua opus eſt diſtinctione. Quo breuior eſt hac in re ORDINATIONIS RECOGNITAE diſpoſitio, eo grauius collegiorum diſſenſu agitantur de poſſeſsione exorta litigia. Quae vero mihi commoda videatur *huius ſanctionis* explanatio, iam exponam.

XI. IN CONTINVIS POSSIDVNDIS IVRIBVS ET SERVITVTIBVS NON NISI VNVS ACTVS REQVIRITVR.

XII. IVRA VERO ET SERVITVTES DISCONTINVAE TRES ACTVS EXPOSCVNT, SI IN RE ALIENA COMPARETVR POSSESSIO.

Quantum mihi intellexiſſe videor, diſſenſio DD. de continuorum et diſcontinuorum iurium ſignificatione, mater omnium ceterarum controuerſiarum alitur. Haud pauci in eam abeunt ſententiam, vt continuas, quae quotidie, diſcontinuas vero, quae certis tantum temporibus exercentur,

centur, vocent. Ab his autem diſceſſionem facere rei indoles iubet. Quo itaque conſtet, quibus ex fontibus oriatur diſceptatio, ante omnia de illarum definitionibus tractabo. Sunt autem mihi *continuae ſeruitutes*, quae ſemel conſtitutae, factum hominis ad exercitium non requirunt, vel, re ad poſſeſſorium adplicata, vbi, ſemel adprehenſa poſſeſſione, ad continuandam eam facto hominis opus non eſt. Vnde vrbanas plerasque ex eo genere eſſe conſpicies. Sic v. c. immiſſione tigni quietam poſſeſſionem occupans ſeruitutis tigni immictendi, eam continuat nullo vlteriori intercedente facto. Eadem eſt ratio ſeruitutis oneris ferendi, proiiciendi, protegendiue, altius tollendi, luminum, proſpectus, ſtillicidii, fluminisque auertendi, aliarumque ſimilium. Fumi vero immittendi, aquae effundendae, ſeruitutes non immerito in numerum diſcontinuarum ſeruitutum referuntur. Sed quid de negatiuis ſeruitutibus dicendum erit? Quin mere tales ad continuas ſeruitutes pertineant, nihil dubito. Ex quo enim, prohibitione facta, acquieuit alter, poſſeſſio, hoc modo obtenta, absque nouo facto continuatur. Nec eſt, vt obiicias, alterum tamen de nouo moliri poſſe factum. Aut enim illud cum priori, quod impeditum eſt, eandem habet qualitatem, et ſic pro turbatiuo merito habetur. Aut plane noui quid conatur, et ſic noua poſſeſſio, noua prohibitione acquirenda eſt. *Diſcontinuae* contra vocantur *ſeruitutes*, quae, acquiſita iam ſeruitute, intercedente facto continuantur. Et

in

in poſſeſſorio, vbi, adprehenſa facto poſſeſſione, ad exercitium eius factum hominis efflagitatur. Pleraque pars ruſticarum ſeruitutum ad hoc genus refertur. Exemplum praebet itineris ſeruitus, quae eundo exercetur, quae, niſi factum acceſſerit, concipi nequit. Idem iudicium poſcit actus, viae, aquae hauſtus, pecoris ad aquam appulſus, paſcendi, calcis coquendae, arenae fodiendae, cretaeue, lapides eximendi, nauigandi, pedamenta ſumendi, lignandi ſeruitutes. Aquaeductus vero ex continuarum quandoque numero habebitur. Pariter ex negatiuis ſeruitutibus illae ad diſcontinuas ſpectabunt, quas ad mixta genera ſupra retuli. Hanc itaque continuarum et diſcontinuarum ſeruitutum deſcriptionem analogiae Iuris et naturae conuenire arbitror. *a. L. 14. D. de ſeruitut.* LÜDER MENCKEN *Tract. ſynopt. Pand. Tit. de ſeruitut.* ZOESIVS *ad pand. eod. Tit. n.* 20. STRYCKIVS. Quam ob rem non immerito ORDINATIO RECOGNITA ex his principiis explanari mihi videtur.

## §. XVII.

XIII. HI TRES ACTVS, IN DISCONTINVIS SERVITVTIBVS REQVISITI, RATIONE TEMPORIS DIVERSI, QVALITATE OBIECTI SPECTATA, PARES ESSE DEBENT.

Nam diſſimiles actus non eiusdem, ſed diuerſae poſſeſſionis demonſtrationem habent. Sed quid? Si in alterius fundo aratrum quis duxerit, ſemen alio ſparſerit tempore, alio occauerit, collectis

tandem fructibus? Num ſufficient hi actus ad occupandam agri colendi poſſeſſionem? Non vacat certe haec meditatio dubiis, re tamen penitius perſpecta non tres, ſed vnus tantum actus abſolutus videtur; omnes enim recenſiti actus vnam tantummodo repraeſentant agriculturam. Dum autem et negatiuas ſeruitutes, cum cogendi iure coniunctas, diſcontinuae ſeruituti adnumerauerim, tres quidem actus neceſſarios eſſe facile patet, ſed an hi tres prohibitiui requirantur, quaeritur? Equidem tam arctioribus limitibus huius generis ſeruitutes circumſcribendas non duco. Sed primo tantum actu prohibitione coepto, reliqui, ſimplicem poſſeſſionem monſtrantes, ſatis habebuntur. Poſtea itaque quam quis cereuiſiam alio ex loco aduecturum cohibuit, atque impetrauit vt alter eam in dicto loco arceſſat, hic primus actus prohibitionis ſufficit, reliqui actus prohibitione non indigent, ſed ſatis eſt, demonſtrari quod binis adhuc vicibus inde adduxerit. Sed cum non aucupari tantum verba ſanctionis par ſit, in rationem quoque conuertenda eſt conſideratio. Supra iamiam demonſtratum dedi, ex actu ſuſcepto animum de acquirenda poſſeſſione coniiciendum eſſe. Et inde dimanare diuerſam hanc de continuis et diſcontinuis iuribus diſpoſitionem non immerito colligitur. Qui enim in diſcontinuis vna tantum vice actum ſuſcipit, deinde vero, cum tamen vlterior exercendi ſit occaſio, vno quaſi impetu animum auocat a continuando negotio, non tantum animi titubantis veſtigia relinquit, ſed quoque, quaſi

X ex

ex improuiſo, neque deliberato conſilio manus admouerit, ſuſpicionem excitat. Longe vero alia eſt ratio continuorum iurium. Haec enim, ſemel in exercitium deducta, nihil intercedente facto continuantur. Dum itaque, e. c. tigno immiſſo, illud non eripit, manifeſte ſatis animum poſſidendi declarauit. Accedit praeter ea et haec ratio, quod patientia alterius ad poſſeſſionis qualitatem requiratur. Quocirca in diſcontinuis iniquius eſſet ex vno eam diriuare actu, fortaſſis ad ipſius notitiam non perueniente. Ea, quae huc vſque de ſeruitutibus expoſita ſunt, ſimili modo ad alia iura, ſeruitutibus adplicata, extendenda ſunt. Iurisdictionis enim ius aliaque ſimilia diſcontinuis commode adſcribuntur. Quamquam enim in ſuperioribus iurisdictionis contra principem poſſeſſioni nihil virtutis ineſſe confirmauerim, nihilo tamen minus, a principe conceſſa iurisdictione, ad extendendam eam contra priuatum poſſeſſiones dabuntur. Quo nomine tribus omnino opus eſt actibus, et contentioſae quidem iurisdictionis, voluntariae contra nihil praeſtantibus. Pariter an ſuperiorem, an vero inferiorem iurisdictionem quis cupiat poſſeſſam, curate inſpicias, quo actus ad eam pertinentes rite demonſtrentur.

## §. XVIII.

XIV. IN RE VERO PROPRIA POSSESSIO IVRIVM VNO TANTVMMODO ABSOLVITVR ACTV, ETIAM SAXONIAE LEGIBVS, NVLLO INTER

TER CONTINVA ET DISCONTI-NVA IVRA HABITO DISCRIMINE.

Quantopere hac in parte diſcordiae agitentur inter Collegia ICtorum, longius non enarrabo. Adiiciam autem, quibus potiſſimum argumentis ad hanc amplectandam ſententiam ducar. Ac primo quidem, communi iure vnum tantum actum in poſſeſſorio ſummariiſſimo neceſſarium eſſe, ſupra deducta docent. Diſcedit itaque hac ex parte Saxonici iuris diſpoſitio. Ex quo primum conſequitur principium: *ſingularia reſtringenda, non vero extendenda eſſe.* Alterum eſt: *interpretatio ad mentem legem ferentis, penſitata eius ratione, accommodari debet.* Deinde *ea, quae diuerſam habent indolem, ſub ſe inuicem non comprehenduntur.* Veritate conſtant, quae ieci, fundamenta, quibus applicatis, in priori ſententia nihil a mente ſummi Principis, legis ratione, atque interpretandi principiis alienum deprehendetur. ORDINATIONIS RECOGNITAE *in Append. §. 19.* haec ſunt verba: und ſoll derjenige, ſo ein oder mehr ruhige actus poſſeſſorios, und in poſſeſſione iurium et ſeruitutum, und zwar bey ſeruitutibus continuis wenigſtens eine jährige poſſeſs, in diſcontinuis aber nebſt ſolcher jährigen poſſeſs, wenigſtens Drey richtige actus vor ſich hat, in poſſeſſorio geſchützet werden. Tota *ordinatio*, quod actus attinet, eo redit: in corporalibus rebus vnus tantum actus poſſeſſorius ſufficit. In rebus incorporalibus vero diſcrimen conſtituitur. Iura ſcilicet talia, quae ad ſimilitudinem

ſeruitutum non proferuntur, vno actu poſſidentur. Neque in ſeruitutibus continuis amplius quid requiritur. Seruitutes vero, quae diſcontinuae ſunt, tribus tandem actibus poſſidentur. Seruitutum itaque nomen omnia, quae in aliena re exercentur, iura, ſiue proprie ad eas ſpectent, ſiue vtili applicatione eo referantur, comprehendit. Ab his vero diſcernuntur alia iura ſeruitutum naturam non redolentia, ea nempe quibus quis in propria re vtitur. Cum ergo propria res nemini ſeruit, latiſſime patet ea, quae de ſeruitute ſancita deprehenduntur, ad diſparia et fere oppoſita iura nihil pertinere, ſed ſeruitutes tantum cancellis circumſcribi. Imo haec ipſa ratio, qua conſtare aequitatem de requirendis tribus in poſſeſſione diſcontinuarum ſeruitutum actibus appoſui, in re propria plane ceſſat. Rei enim dominus, et vna tantum vice re ſua vtens, quin animum prodat poſſidendi nihil dubitandum, nec remittit eum vlterius non pergens, cum, alteri nec iure, nec poſſeſſione competente, iuſte ſi arbitrium vindicet, quo velit in poſterum re ſua frui tempore. Altera pariter a patientia petita ratio hic applicari nequit. Nec ius reo eſt, nec poſſeſſio prohibendi. Ergo pati tenetur, vt alter iure ſuo fruatur. Quod ſi vero alter, contraria ex parte, poſſeſſionem iuris prohibendi, actibus rite compoſitis, impetrauerit, facilius eſt diiudicatu, aliam tunc amplectendam ſententiam, reique contrariam poſſeſſionem, legitime probatam, defendendam eſſe. Reddidi itaque conſilii rationes. Nunc quid contra ſentientes obiiciant, paucis

cis videndum eſt. Verba quidem plerumque *ordinationis recognitae* in ſubſidium vocant, ex quibus decidendi rationes refertas conſpicies. Sed, reſiſtentibus interpretandi regulis, ſupra deductis, applauſum non merentur. Vnum eſt, quod veritatis ſpeciem habere videtur. Vrgent maximopere: proprietatis conſiderationem petitorio tantum vindicari, in poſſeſſorio eliminandam eſſe. Sed ſalua adhuc eſt cauſa. Petitorii enim iura etiam in poſſeſſoriis afferri, vt coloretur poſſeſſio, quis neſcit? Idem hac ex parte conſilium capit rei proprietatem euidenter exhibens, vt poſſeſſioni ſuae fauorem conciliet, vsque dum alter contrariam docuerit poſſeſſionem. Imo, cum in petitorio etiam poſſeſſionis probatio eximiam excitet praeſumtionem, multo magis in poſſeſſorio dominii euidentia eam conciliabit. Certe, contraria non apparente poſſeſſione, aequitati eſt accommodatius, ei, in quo fides maior conſpicitur, viam ad propellendas temerarias turbationes ſternere. Sed arma contra me ipſum ferre videbor. Recordor, me ante, iudicem retenturum, quo minus, poſſeſſorio inſtituto, ex nobili officio de petitorio iudicet, negaſſe petitorii probationem in hoc proceſſus genere vnquam numeris ſuis eſſe abſolutam, vt in ſententia attentionem mereatur. Nihil contra me pugnant. Alius enim caſus aliud conſilium poſcit. Lite de poſſeſſione mota, petitioneque eo directa, ad petitorii partes ſententiam non eſſe applicandam omni animi contentione aſſero. In ipſo vero poſſeſſorio, demonſtratione dominii

acta, etiamſi non omni vacet exceptione, quin poſſeſſio capiat incrementa inde nulla ratione conſequitur. A diuerſis enim ad diuerſa non niſi torte ducitur argumentum. Quid vero opus eſt copioſius ſententiae cauſas enarrare? Ipſa *Ordinatio Recognita* hanc meditationem vberrimis verbis confirmat. Ante adiecta eius verba ſeruitutis poſſeſſionem limitant. Vnde autem quaeſo ſeruitutem ab aliis iuribus diſcernes? Quisque intelligit alienas, non proprias, res ſeruire. Quod ſi eſt, non alienum a poſſeſſorii indole iudicabitur, deliberare, vtrum in propria re, aut aliena poſſeſſionem quis impetrauerit, quo hoc modo de ſeruitute conſtare poſſit.

§. XIX.

Haec, quae expoſui, arbitror conſentire menti legis et verbis, a quibus eo longius recedunt, qui tribus actibus coarctare poſſeſſionem rei propriae tendunt. Verum enim vero et multa ſunt rei propriae poſſeſſoribus, poſſeſſorio iudicio experientibus, obſeruanda. Ante quidem omnia conſultum eſt, in libello rei ſuae iniicere mentionem, quo eo minus dubitationibus aditus detur. Illudque hoc modo fiet: Ob ich mich wohl von 1. 2. 3. und mehr Jahren in geruhiger poſſeſs befinde meine zu N. zwiſchen N. N. gelegene eigenthümliche Wieſe nach Gefallen hauen, und das gemachte Heu einführen zu laſſen; So hat ꝛc. Secundo caueat quis, ne, corrupta meditatione ductus, praeſumtione naturalis libertatis ſe tutum in poſſeſſorio ſummariiſſimo credat. Hoc enim, negatoriae actionis

fun-

fundamentum, poſſeſſorio applicari non poſſe, in antecedentibus fuſius demonſtratum legitur. Quam ob cauſam, tertio, eiuſmodi actibus corroboret poſſeſſionem libello expreſſam, vt ex facto animus pateat. Male ergo, a poſſeſſione foenum ſecandi aeſtiuum, ad collectionem foeni autumnalis conſequentia duceretur, niſi etiam hoc ius vel vna vice in exercitium deduxerit. Tandem curatius perpendas, annon alter, contra quem meditaris actionem, contraria poſſeſſione ſeruitutis, tribus actibus ſtipata, obuiam iturus ſit. Haec enim poſſeſſio, deinceps probata, omnino victoriae ſpem eneruabit.

§. XX.

Aliquod me operae facturum eſſe pretium ſpero, ſi ipſum caſum, nuper coram iurisdictione patrimoniali Amtſaſſia agitatum, qui potiſſimum huic meditationi occaſionem praebuit, in medium proferam, adiectis eo nomine diſcrepantibus Ordinum ICtorum ſententiis. Caius, pratum dominii iure poſſidens, ſtatim poſt diem feſtum Ioannis gramen abſcindi foenumque colligi curat, nemine impediente. Poſtea, interiecto ſpatio, quo pullulet gramen, nouum enatum foenum autumnale circa diem ab exaltata cruce dictam demetere iubet, nulloque turbante in horrea comportat. In hoc itaque anno, vt fieri aliter nequit, vnum actum tantum colligendi foenum ſecundum exercet, nec quisquam contra ipſum litem mouet. Anno quiete transacto, poſt feſtum Ioannis diem foenum iterum ſcindit, in horrea collocat, alio tempore conſueto

ſueto recepturus noua gramina. Sed, antea quam voti compos redditur, vniuerſitas pagi O. conſilium contra ipſum init. Demandat paſtori communi, vt armentum in illud pratum ad paſcendum deducat. Mandatum exequitur paſtor, fretus vniuerſitatis indictione. Dominus itaque, ſe turbatum in poſſeſſione foeno autumnali vtendi intelligens, poſſeſſorium ſummariiſſimum inſtituit. Libellus, quod poſſeſſionem ſpectat, ita compoſitus erat: Daß Kläger ſich von 1. 2. 3. und mehr Jahren in geruhiger poſſeſſione vel quaſi praeſentanea befinde auf ſeinen zu ſeiner Mühle zu O. gehörigen und mit Graße bewachßenen Wieſe Stücke, ſo an dem drey Viertel neben K. und V. gelegenen Landes oben an der N. Fluhr anlieget, nachdem er das Heu davon zeitlich und um Johannis herum herein gemacht, ſolches zu Grummet liegen, das Grummet auch bis Creutz Erhöhung ſtehen zu laſſen, und ſolches Grummet herein zu machen. Adiecto deinde facto turbatiuo, per paſtum ſuſcepto, eo dirigebatur petitum: Daß Kläger bey der Poſſeſſione vel quaſi ſein libellirtes Wieſen-Stücke zu Grummet legen, ſolches bis Creutz Erhöhung ſtehen zu laſſen, und herein zu machen, zu ſchützen, Bekl. auch der Abhütung ſothanen Grummets vor Creutz Erhöhung in Zukunft bey 20 Rthl. Straffe ſich zu enthalten, nicht weniger alle verurſachte Schäden und Unkoſten zu erſtatten ſchuldig. Reo ſub poena confeſſi et conuicti ad conteſtandam litem citato, in termino rotulum actor profert, dominium,

nium, poſſeſſionem aeque atque factum turbatiuum teſtium ore corroborat. Reus confitetur dominium, vrget deficientes tres actus, eoque nomine negat poſſeſſionem factumque turbatiuum, et contrariam poſſeſſionem paſcendi in loco controuerſo eo tempore adducit, ſed probatione hac in parte deſtituitur. His confectis Ordo ICtorum Vitembergenſium ſententiam, omni ex numero actoris petito conformatam, pronunciat, alias inter et his adiectis decidendi rationibus: Weil Bekl. eigene Zeugen nicht abredig ſeyn mögen, daß Kläger die Wieſe quaeſtionis als ſein Eigenthum beſitze, und ſolche vor drittehalb Jahren an ſich gebracht, mithin ſowohl dieſerhalb, und vermöge der natürlichen Freyheit, als auch in Anſehung, daß er iuxta depoſ. teſt. ꝛc. im Jahr 1735. das Heu um Johannis abgebracht, ſodann aber das Grummet bis Creutz Erhöhung ſtehen gehabt, und ſodann geruhig eingeführet, die turbationes aber 1736 den 12 Sept. erfolget bey der poſſeſſione vel quaſi propter poſſeſſionem annuam zu ſchützen geweſen ꝛc. Sed exoptata haec ſententia non diu praeſtitit ſolatium. Quanquam alias enim nulla remedia neque ſuſpenſiua neque deuolutiua contra eius generis ſententias locum inueniunt, hac de re diſponente ORDINATIONE RECOGNITA *Append. §. 19.* perſonis tamen, reſtitutione in integrum ornatis, vel leuterandi vel appellandi beneficium ibidem indulgetur. Igitur vniuerſitas, hoc auxilio adiuta, ad praefecturam Lipſienſem prouocat, atque alia

 inter,

diſpoſitio ſatis ſuperque euincit, antecedentia corporearum rerum poſſeſſionem definire.

XVI. IN RERVM VERO NON CORPORATARVM POSSESSIONE, PRAETER ACTVS, ANNVA ADHVC QVIETA POSSESSIO IVRE SAXONICO EST NECESSARIA.

Docent illud verba ORD. RECOGN. *allegato loco:* und in poſſeſſione iurium et ſeruitutum, und zwar bey ſeruitutibus continuis wenigſtens eine jährige poſſeſſio, in diſcontinuis oder nebſt ſolcher jährigen poſſeſſione wenigſtens ꝛc Grauis olim Ordinem ICtorum Lipſienſium inter et Wittenberg. fuit diſſenſio. Hi annuam poſſeſſionem nihili faciebant in poſſeſſorio ſummariiſſimo, teſtante CARPZOVIO *P. 2. C. 7. def. 14.* BERGERO *in Oec. Iur. L. 40. T. 30. th. 5. n. 3.* WERNHERO *P. 1. Obſ. 114. P. 6. Obſ. 327. et Vol. VII. ſuppl. p. 116.* Illi vero, contra facientes, repulſam dabant actori, poſſeſſorium ſummariiſſimum inſtituenti, niſi anni ſpatio confirmatam poſſeſſionem docuerit, perhibente RIVINO *in Enunc. Iur. Tit. 20. En. 19.* atque BERGERO *in Elect. Diſcep. Forenſ. tit. 5. Obſ. 5. not. 1.* qui huic ſententiae, ab aequitate commendationem habenti, in publicis comitiis applauſum datum eſſe comprobat. *Ordinatio* igitur *recognita* noua ſanctione hanc contentionem ſuſtulit. Reliquae tamen haud mediocres ſunt dubitationes, quae litigantium cauſas multis obſtruunt difficultatibus. Initio quidem nondum expeditum eſt: vtrum annus ciuilis, an vero

Saxo-

Saxonicus intelligatur. BERGERVS *in El. Diſcept. Forenſ. Suppl. p. 152.* ciuilem aſſerit annum, rationem reddens: quod haec cauſa, non ex Saxonico Iure, ſed Ciuili dimetienda, annique interdictis deſtinati ratio habenda ſit. Ego vero, qui ante quidem non eliminandam iuris ciuilis accommodationem cenſui, de hac ſententia ne ratione quidem conuincor. Longe diſtat hic annus, poſſeſſioni Iure Saxonico definitus, ab anno interdictis proprio. Anni enim interdictorum conſtitutio, iuris praetorii, poenam ſtatuentis, rationem habet. Quocirca in interdictis, ad omne intereſſe tendentibus, in quo poena ex rei parte cernitur, anni circumſcriptione opus erat. Atque annalis interdicti huius indoles ea conſpicitur, vt intra hoc ſpatium interdicto quis tantum vti potuerit, elapſo vero aditus occluſus eſſet. Sed vero quam longiſſime diſcrepat ab hoc anno annus in Saxonia poſſeſſioni ſtatus; cum hic annus potius, vt de patientia alterius et quieta poſſeſſione conſtet, requiratur, praeterque ea non niſi praeterito anno poſſeſſorio ſummariiſſimo experiundi ſit poteſtas. Tantum ergo natura et genere diſtincta haec ſunt, quantum terminus ad quem a termino a quo diſtat. Ex diſpari itaque hac conditione ſatis liquet originem a Iure Ciuili repeti non poſſe. Multoque erit conſultius ex domeſticis Iuribus fontem ducere. Quam ob rem in textu SPEC. SAXON. *L. II. art. 44.* ſtirpem quaerere non ambigo. Ita enim in initio diſpoſitum legitur: *Quicunque bona aliqua per annum et diem, abſque iuſta contradictione,*

*ne, poſſederit eorundem verus efficitur poſſeſſor.* En ergo anni Saxonici, in vera conſequenda poſſeſſione, definitionem. Atque ea ex cauſa non errabo, ſi neglecta Iuris Romani determinatione, annum, poſſeſſioni in Saxoniae legibus deſtinatum, Saxonicum quoque interpreter. Non tamen diffiteor obſeruantiam anno tantum ciuili contentam eſſe, ex ea, quam ſupra enarraui inanis ſpei ratione.

§. XXII.

In hac itaque anni contemplatione occupatus, vlterius in quaeſtionem incidit: a quo tempore eius contemplatio ſuſcipienda ſit? Praeſcriptionum principia etiam hanc meditationem inſtruunt, e quarum genere eſſe annum poſſeſſionis vix quisquam dubitabit. Vt ergo a tempore primi actus initium connumeratur praeſcriptionis, ita in poſſeſſionibus eadem eſt computandi cauſa. Et in rebus quidem corpore circumdatis, atque iuribus affirmatiuis facilis eſt diiudicatio. Sed in negatiuis, cum annuae poſſeſſionis demonſtratio danda eſt, non ab actibus ſimplicibus, ſed actu prohibitiuo exordium temporis eſt capiendum. Pariterque ſolitariae, quae vocatur, poſſeſſionis probatio efflagitat, vt ab eo actu, quo quis alterum, ſimul poſſidere molientem, cohibuit, inchoetur annus. Eaque omnia in conſtruendis articulis cum pleniori curatione obſeruanda veniunt. Sed haec forſan ſubdubitare non ſinunt. In alienis nempe rebus quod, ſiue rem ipſam ſiue ius in eadem poſſidere quis velit, anni continui probatio requiratur, palam

palam eſt. In propriis vero rebus, poſſeſſionem obtenturus, an iisdem cancellis circumſcribatur nondùm patet. Quantum mihi intellexiſſe videor ORDINATIO RECOGNITA *Append. ſſ. 19.* ſeruitutum tantum, et aliorum iurium ſimilium in re aliena, conſtrinxit poſſeſſiònem, quam in cauſam iam ante, expoſitis verbis, contuli meditationem, etiam ad praeſentem caſum pertinentem. Neque contra facit, quod iura et ſeruitutes in *Ordinationis verbis* coniunctim ponantur. Sequentia enim, anni ſpatium et actus definientia, plenius commonſtrant, ea tantum Seruitutum poſſesſioni terminum conſtituere. Et ſi quoque ad legis rationem verba conformemus, alia coniectura capi nequit. Absque enim dubio haec aequitatis cauſa ſuaſit ſanctionem, nè dominus, ſubitaneo alterius impetu, et deliberandi, et contradicendi ſpatio praecludatur. Cum variis impedimentis quandoque abmotis, etiàm tres, forſan intra triduum geſti, actus non potuerint ad ipſius aures peruenire. Annuo vero indulto ſpatio ad interruptionem, ſuae negligentiae poenam luit, eiusque patientia, tam prolixo tempore elapſo, quo nihil contradixit, aequo iure praeſumitur. Omnia vero alia in poſſesſione rei propriae vel iuris in re propria conſpiciuntur. Dum enim dominii iure fruitur, non opus eſt vt alterius patientiam ex interuallo temporis deriuemus, qui, cum nullam contra allegare posſit poſſesſionem, temerarii turbatoris notam incurrit, cui ſubuenire par non eſt. Pati potius, vt alter iure ſuo

vta-

vtatur, obſtrictus manet. Obſeruantia autem etiam hac ex parte contrariam colit ſententiam. Poſtremo vero loco illud ſilentio praetereundum haud eſt, quaedam diſcontinua iura et ſeruitutes ita eſſe compoſita, vt tres requiſiti actus vno in anno abſoluere rei natura non permittat. Ita ſeruitus foenum fructusue colligendi, aliaeque ex illo genere deprehenduntur. In his cum vna tantum vice, quouis in anno, exercendi detur facultas, tres actus ſaltem tres annos expoſcunt, antea quam ad defendendam poſſesſionem aditus pateat. Quid, quod aliquando ne tres quidem anni occupandae poſſesſioni ſatis habeantur? E quarum numero intelligo eſſe, ſi in agris noualibus, eo quo otioſi alias relinquuntur tempore, e. c. plantas dimittere, in eos posſidere quis velit. Quo in caſu certisſimum ex ſupra ſtatis principiis eſt, tres requiſitos actus tribus continuis annis abſolui non poſſe, ſed, regionis more conſiderato, nouem quandoque annorum lapſum deſiderari. Sufficiant haec. Aliae proceſſui ſummariisſimo deſeruientes meditationes in aliud tempus conferendae ſunt. In hac vero tractatione ſi quaedam non omnibus dubiis ereptae poſſesſiones videbuntur, beneuole indulgeas AMICE LECTOR. Cogites, quaeſo, reliquarum rerum lubricam mobilemque eſſe poſſesſionem, ſed amicitiarum ſuam cuique certam et ſtabilem permanere.